Digitized by Google

OTHEEK GENT
000009861
Digitized by Google

— in dem homeridischen Hymnus an Demeter, der gewiſs für die eleusinische Feier gedichtet ward. Voſs über die Hekate in Nov. Actis Soc. Lat. Jen. Vol. I. p. 369.

C. F. Heinrich.

Digitized by Google

Digitized by Google

HOMERI

HYMNVS IN CEREREM

AD COD. MOSCOV. DENVO COLL.

RECENSVIT ET

ANIMADVERSIONIBVS

ILLVSTRAVIT

CHR. GVL. MITSCHERLICH

PHIL. PROF. EXTRAORD. IN ACAD. GOTTING. EIVSDEMQVE BIBLIOTH. CVSTOS.

LIPSIAE

APVD WEIDMANNI HER. ET REICHIVM.

MDCCLXXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nouam Hymni in Cererem, ceterorumque, qui Homeri nomine circumferuntur, editionem molienti mihi duo maxime vitio verti poſſe ſuſpicabar; vel quod omnino inanem ſuſcepiſſe operam, vel in alienam meſſem ſaltim falcem immiſiſſe putarer. Nec profecto is ego ſum, qui haec qualiacunque iudicia a maligno erga me animo inuidiaque profecta arbitrer. Habent enim illi vel in ſolo Ruhnkenii nomine, quo ſuas opiniones tueantur, anguſtioribusque Critices ſtudium limitibus circumſcribant. Scilicet a quo tempore Ruhnkenius V. Cel. praeſtantiſſimis Hymnum in Cererem dotibus exornauit, ceterosque Critica ad Valkenarium epiſtola praeclaro acumine perſtrinxit, quis non ſibi

 perſua-

perſuadeat, omnia ita eſſe abſoluta, vt, qui in iis vlterius examinandis illuſtrandisque elaboret, is non niſi minutias adferre, certe actum agere videri poſſit? Enimuero hanc opinionem a ſeueriori illa, quam hoc inprimis literarum genus ſibi vindicat, iudicii norma valde abhorrere, vel inde adparet, quod ad edendum aliquem ſcriptorem, quem alius hoc, alio alius conſilio adgreditur, vtrumque, quamuis diuerſa ratione, multa ſane, quibus Scriptoris lectio expeditior fiat, ipſaque adeo haec humanitatis promoueantur ſtudia, adferre poſſe, dubitare vix licet. Ea vero humanae ſortis eſt ratio, vt ab vno homine perfectum aliquid, omnibusque numeris abſolutum ita poſtulare, vt nec ſtudii aſſiduitate, nec videndi diligentia, nec praeoccupatarum opinionum fraude vnquam vel defatigatus vel deceptus a ſcopo aberret, ſummae iniquitatis debeat videri. Iam vero, cum Critices ea ſit na-

tura

Digitized by Google

tura atque indoles, vt, neglecta omni auctoritate atque fama, vnice argumentorum vim atque pondus expendat, vix fieri poteſt, quin, quo quisque magis a veterum ſcriptorum lectione ſubactum ingenium habeat, eo ſaepius ſibi ab aliorum ſententia diſcedendum, aut verum vlterius inueſtigandum, eiusque indagandi nouam viam ingrediendam arbitretur.

Cui quum diutius cogitationi defixus inhaererem, edendis equidem, qui Homero tribuuntur, Hymnis tandem animum adiiciebam. A quo tamen conſilio vt recederem, cum aliae ſuadebant cauſae, tum inprimis, quod Ruhnkenium ſaluberrimam hisce iam manum admouiſſe apprime ſentiebam, cuius praeſtantiſſimum artis criticae exemplum me non niſi longo interuallo ſecuturum facile, vt crederem, ingenii perſuadebat tenuitas. Et plane animum abieciſſem, niſi diligentior Hymnorum pertra-

ctatio nouos ſubinde ſtimulos addidiſſet. Quum enim loca bene multa mihi deprehendiſſe viderer, vbi medela, ipſis adhibita, admodum incerta eſſet atque lubrica, aut, quae medicinam ipſis obtruſam plane reſpuerent, aut omnino intacta, aliorumque conatibus ſananda transmiſſa eſſent; altera vero ex parte poeticam rei pertractatae rationem, elocutionis vim et ſimil. paene neglecta viderem; ſerio tandem, recepto animo, me huic labori accinxi, certiſſime perſuaſus, tam largam, quae de Hymnis bene merendi ſupereſt, materiem me apud Viros doctos atque intelligentes facile a temeritatis crimine tutum praeſtituram.

Sed et aliae accedebant cauſae, quae me, iam ſponte currentem, fortioribus impellerent ſtimulis, quibusque nouam prorſus apud Viros doctos hac opera initurum gratiam ſperare liceret. Contigit enim mihi, vt, quae ſingularis Matthaei V. Cel.

fuit

Digitized by Google

fuit humanitas, ipſum Codicem *) Moſcov. mihi beneuole transmiſſum retractarem, le-

 ctio-

*) Scriptus eſt is Cod. e Cel. Matthaei ſententia, ſub finem quidem ſec. XIV. at e praeſtantiſſimo exemplari ductus videtur. Singula folia binas columnas habent, vnde factum eſt, vt in illius folii laceri altera parte poſtrema vv. verba exciderent, in altera priora. Detrimentum hoc recentior manus ita reſarcire conata eſt, vt, quae temporis iniuria, aut caſu quopiam exſtinctae fere eſſent literae, in vitam reuocaret, ab iis vero, quae prorſus deletae eſſent, manum abſtineret, nihilque omnino de ſuo adderet; cuius religionis exempla in Nott. ſatis ſunt obuia. Exaratus vero eſt hic Hymnus in Cod. ſtatim poſt fragm. H. in Bacchum, quod primum locum obtinet, nec vero, quod Ruhnken. in Praef. p. V. dicebat, poſt vltimum H. XVI. Quod ideo monendum duxi, ne quis hunc H. chartae explendae cauſa, quod alias factum conſtat, in fine temere adiectum putet.

Digitized by Google

ctionumque, ſi quae in Hymnis reliquae eſſent, varietates excerperem. Quem laborem, quum ab H. in Cererem ſumma animi oculorumque contentione agere coepiſſem, et ſtatim quaedam, quae, quod aut merae ſcripturae aberrationes aut leuioris vtique momenti viderentur, neglecta eſſent, deprehendiſſem; haud exiguum ſane me noua Codicis iſtius collatione inſtituenda operae pretium facturum facile animaduerti. Ea enim Cod. Moſc. haberi debet virtus atque praeſtantia, vt notandis vel minimis aberrationum momentis animus intentus eſſe debeat, eoque magis, quo praeſtantior auctor eſt, cui labor impenditur. Cumque de pretio lectionum diuerſa fere pro diuerſo cuiusque ingenii modulo iudicandi ſit ratio, adeo quidem, vt, quam alter in quiſquiliis reponat Codicis ſcripturam, alter quantiuis pretii aeſtimet; is demum omnes boni Critici partes impleuiſſe

videri

Digitized by Google

videri debet, qui non eas tantum, quae opinioni ſuae firmandae patrocinantur, lectionum varietates eruit, ſed illas quoque, quae ſibi aut vitioſae, vnde tamen alius paulo ſagacior veriores extundere poſſit, aut omnino parui faciendae videntur, cum lectoribus communicare non refugiat. Quod tamen de praeſtantioribus tantum et lectu dignis ſcriptoribus intelligi velim. Etenim ſi cuiuis, qui nullam fere, niſi antiquitatis commendationem habet, eandem accommodandam cenſeas ἀκριβείας pertinaciam, verendum ſane eſt, ne, grauioribus neglectis, res tandem ad ludicra deducatur, et haec ipſa humanitatis ſtudia, quorum ambitus per ſe ſatis extenditur, ipſa mole collabantur, eoque magis a viris, qui ſoli ſibi ſapere videntur, in contemtum adducantur.

Quamquam vero praeſtantiſſimi illius Codicis multarumque lectionum fontis vberrimi loculos iam a Cel. Matthaei excuſſos,

Digitized by Google

et a Ruhnkenio in altera epiſtolae criticae editione euulgatos probe noueram; tamen tantum abfuit, vt leui, quod aiunt, brachio rem peragendam, aut in ſalebroſis tantum locis ſtudium acuendum cenſerem, vt potius eam animi contentionem tenoremque adferrem ſeruaremque, qui iure quodam a me eandem telam retexente exigi poterat. Et huius quidem rei, ipſo operae proceſſu, haud poenitendos me cepiſſe fructus vel huius Hymni collatio cum Ruhnkenii editione luculenta VV. DD. praebebit exempla, adeo, vt idoneum de reliquis iudicium ferre poſſint. Perlegi vero et plus ſemel compoſui Cod. Moſc. cum Erneſtiano Hymnorum exemplo, ita quidem, vt particulam aliquam excuterem, excuſſam ſeponerem, ſepoſitamque dierum aliquot intervallo curioſe retractarem, ne animus, continuata laboris ſerie, obtuſus facile quaedam ſibi elabi pateretur. Qua opera per vices

detexta,

detexta, tum demum totos deinceps Hymnos acerrimo comparaui ſtudio; atque ſic ſatis mihi proſpexiſſe videor, ne diligentia vlli ceſſiſſe putarer. Cuius mihi conſcius haud temere ſperare poſſe arbitror, me, quicquid hac parte praeſtari potuerit, effeciſſe, atque hactenus Virorum doctorum exſpectationi ſatisfeciſſe. Altera vero pars, quae ab ingenii magis doctrinaeque laude cenſetur, rectene an ſecus mihi ceſſerit, et quas quamque idoneas, vt clarius dicam, in textu conſtituendo et in Adnotationibus rationes ſecutus ſim, etſi aliorum potius iudicio relinquendum eſt; tamen, vt illorum, qui ad ſuas potius quam editoris rationes iudicii normam adtemperant, iniquitati occurratur, paucis hic exponere non alienum videtur.

Quandoquidem praecipua fere Hymnorum editoris in textu curate conſtituendo verſari debet opera, et fundamenta prius ponen-

Digitized by Google

ponenda ſunt, quam de interpretatione ſuperſtruenda cogitare licet; ſedulo equidem operam dedi, vt ne hac in parte officio meo defuiſſe arguerer. Qua quidem in re ita verſatus ſum, vt, vi omni relicta, interpretationis facilitatem tentarem; quam vbi inanem cognoſſem, molliſſima quaeque remedia circumſpicerem; quibus deficientibus ad ſecandi comburendique neceſſitatem, inuitus ſane, progrederer, vtque adeo poetae lectionem coniectura, emendatione, denique expunctione adiuuare non dubitarem, ita, vt, quae aut ipſe meditando coniectandoque extuderam, aut ab aliis in medium prolata repereram, in textum recipere conarer. Nam mihi quidem ita videtur, ſi in manifeſto falſis lectionibus aut defendendis aut retinendis nimium moroſe ac, paene dicam, ſuperſtitioſe agatur, neque librariorum διορθώματα doctorum virorum certioribus legendi rationibus poſthabeantur,

habeantur, ſuaque ſede deturbentur, parum his ſtudiis prouideri.

Quum Ruhnkenius huic Hymno facem criticam iam admouerit, multa ſane loca, quin praeclaro ipſius acumine perpolita teneamus, dubitare vix licet. Quem eo lubentius in recenſu inſtituendo ducem ſecutus ſum, quo ille mihi magis ab erroribus cauebat. Et vltro fateor eius auctoritatem tantam apud me fuiſſe, vt, ſi quando alia via eademque a veriſimilitudinis ſpecie commendata ſuam poetae lectionem reſtituiſſe opinarer, tamen ſpreta mea opinione eius ſententiam pro veriori amplecterer, ſuſpenſoque ſaepe iudicio meo aliis potius ſtatuendi libertatem transmitterem. Quamquam igitur a Ruhnkenii iudicio diſcedere omnino religio fuit, in quibusdam tamen, vbi veritatem mecum ſtare idoneis adſtruere argumentis licebat, vt dictam mihi legem in poetae commodum migrarem, neceſſarium

ceſſarium putaui. Diſſenſus enim a ratione profectus vix cuipiam fraudi eſſe poteſt, omnium minime his in ſtudiis, vbi ad ſolam rationem nulla auctoritatis ſpecie praepeditam omnia exigenda ſunt, ſententiarumque libertas conſtringi nequit. In re igitur tam lubrica, vbi omnia ad ſenſus iudiciique ſubtilitatem ſeueritatemque reuocanda erant, id ſedulo feci, vt ne quid arrogantiae aut leuitati dediſſe viderer. Emendationum igitur, omninoque receptae lectionis rationes in notis diligenter expoſui; vnde fere factum eſt, vt interdum iuſtum adnotationis modum paene excederem, cuius tamen rei facile veniam a VV. DD. me impetraturum confido.

Eximium vero ac praecipuum fere acceſſit huic editioni ornamentum Voſſii V. Ill. opera atque ingenio. Qui quum de meo conſilio certior factus eſſet, vltro mihi, quae eſt eius literas iuuandi propenſa voluntas, omnem,

omnem, quam interiori Graecae linguae ſcientia inſtructam paratamque habebat, ſupellectilem liberaliter transmiſit. Atque huius potiſſimum, poſt Ruhnkenium, opera effectum puta, vt textus nunc multis in locis compareat integrior atque terſior, adeo, vt pauca admodum non niſi alius codicis ope ſananda ſupereſſe videantur. Neque alienum prorſus a meis rationibus putaui, eiusdem praeſtantiſſimi Viri verſionem latinam adiicere, hac tamen lege, vt illam lectioni a me in textum adſcitae accommodarem. Quod in illis fere locis factum eſt, vbi de mutandi ratione cum ipſo conueneram. Nam alieno labori ſuas opiniones admiſcere velle, bono viro indignum cenſebam. Poſt Voſſium eodem me mactauit beneficio Schneiderus, Vir graece doctiſſimus, cuius ſuſpiciones, dignas ſane, quae a VV. DD. expendantur, ſuo loco iuſſi inſeri.

Neque

Neque vero defuere, qui poſt euulgatam Ruhnkenii editionem vel data opera vel aliud agentes emendando huic Hymno aliquid ſtudii addicerent; quorum quum in Adnotatt. ratio habita ſit, illorum tantum hic recenſum agam, qui vnice de noſtro Hymno promereri ſtuduerint. Ex Italis quidem ſingulari libello emendationes propoſuit Ignarra, Vir antiquitatis ſcientia, quam cetera eiusdem ſcripta haud vulgarem teſtantur, praeſtantiſſimus, quas, cum in pauciſſimorum notitiam peruenerint, cum noſtris hominibus communicare, calcique huius libri ſubiicere haud abs re viſum eſt. Quantum tamen illius coniecturis pretium ſtatuam, in Notis diligenter expoſui, et de eiusdem ſuper Hymni auctoritate opinionibus mox dicendi locus erit. Poſt Ignarram Hymni recenſionem egit Pindemontius, adiuncta verſione Italica, ita quidem, vt textum, adſumtis temere aliorum emendatio-

dationibus, retentisque ſimul manifeſtis ſcripturae vitiis, inquinaret potius, quam correctiorem redderet. Primus vero reliquis Homero vulgo adſcriptis Hymnis noſtrum adtexuit Wolfius V. C. iſtius quippe auctoritatem haud minorem quam ceterorum ratus. Ea vero iudicii ἀκϱιβεία, per diligentiorem praecipue interpunctionem prodita, in Homeri carminibus exhibendis verſatus eſt, vt priorum editorum turbam longe ſuperauerit. In Hymnis vero, quum propter crebras contra metrum ſententiasque offenſiones plus ſibi in coniecturis et ſuis et aliorum in textum recipiendis loci conceſſum cenſeret; factum eſt, vt lectionem plurimis quidem in locis expeditiorem, in nonnullis tamen ſine cauſa ſatis graui immutatam teneamus.

Nonnullos quoque, qui verſione latina et vernacula notitiam rerum in hoc Hymno pertractatarum popularibus ſuis propinare

 vellent,

Digitized by Google

vellent, Viros doctos hic Hymnus nactus eſt. Et e Belgis quidem verſionem latinam ligata oratione confecit, carminibusque ſuis inſeruit Santenius V. Cl., quae, etſi ab hac de reliquis eiusdem praeſtantiſſimi Viri e genere poetico monumentis neutiquam iudicium fieri velim, digna tamen eſt, quae a Viris doctis ad partes vocetur. Haud exiguam enim commendationem habet a Critice, quam ſaepe feliciter adhibitam deprehendi. Nollem tamen ipſum Fonteinii veſtigia nimis preſſe ſecutum; dum enim huius conatus data quaſi opera ſectatur, Ruhnkenii aliorumque ſagacitati iniuriam paene feciſſe videri poteſt.

In Britannis qui Hymnum in ſuam linguam transferrent, extitere Rich. Hole et Rob. Lucas, vterque ſane, inprimis Hole, ſi poeticam elocutionis vim ſpectes, probe ſatis atque ſcite, quantum quidem e particulis, quae menſtruo Anglorum libello inſertae

Digitized by Google

ſertae leguntur, coniectare licet. Inde quoque compertum habeo, ipſos de lectionum expreſſarum ratione ſubinde monuiſſe.

Pindemontium alius praeiuerat ſuae nationis vir, qui, cum in praefatione ſanum rectumque de hoc carmine feciſſet iudicium, ipſum haud improbando conatu Italo ſermone explicuit.

Denique, quem primum nominare fas erat, in Germania Hymnum vernacula lingua expreſſit Illuſtriſſimus Comes de Stollberg, Vir Homeri lectione, graecarumque omnino literarum ſcientia egregie imbutus, idemque poeta a ſententiarum phantaſmatumque vi ac grauitate, dictionisque ſuauitate inprimis laudandus.

Antequam vero praefationi finem faciam, reſtat, vt, qua auctoritate hic Hymnus haberi debeat, paucis attingam. Quod quidem, cum ſingulari commentatione cum Hymnis aliquando euulganda accuratius ex-

 ſequen-

ſequendum ſtatuerim, ea tantum hic adponam, quae probabili quadam ratione ſtatui poſſe exiſtimo. Atque Homero quidem, quominus hoc carmen adſerere liceat, ipſius argumenti diſſuadére videtur ratio, quod cum Eleuſiniorum ſacrorum originem, mythis traditam, exhibeat, et *) philoſophicas quasdam, quae ad Homeri aetatem vix adſurgant, notiones contineat; ab Orphico quodam confectum eſſe haud temere inde colligi poſſe arbitror. Eſſe tamen ex antiquiſſimis cum ſimplex narrationis ordo, orationisque docet indoles, tum Pauſaniae teſtimonio euincitur. Qui cum Homerum eius-

*) Spectat huc v. 269. et inprimis vv. 478-81. vbi de ἐποπτείᾳ agitur. Orphicum quoque prodit v. 424. Παλλάς τ᾽ ἐγρεμάχη, etc. quod Hemiſtichium occurrit in Orph. εὐχῇ πρὸς Μουσαῖον v. 38. cum Minerua Homero Παλλὰς Ἀθήνη conſtanter audiat.

eiusdem auctorem retulerit, eiusdem Pauſaniae tempeſtate magna antiquitatis fama hoc carmen viguerit, neceſſe eſt. Neque enim Ignarram audiendum arbitror, qui, quam vocat, *lucubrationem Moſcouiticam* Pauſania multo recentiorem e fragmentis eidem et Grammaticis, qui aetatem non tulere, ſeruatis conflatum eſſe hac fere ratione probare nititur, quod Pauſanias de eruenda floris narciſſi antiquitate ſollicitus Homeri potius illuſtrioris, quam Pamphi auctoritatem adhibuiſſet, ſi in eodem Hymno illi verſus de narciſſo flore extitiſſent. At quam leuis et vana ſit haec argumentandi ratio vel inde patere puto, quod is ipſe, qui ex Ignarrae opinione hunc Hymnum e deperditis fragmentis conſuerit, ne fraudem ſuam, temere adſcitis aliunde, tanquam e Pampho, particulis, exponeret, ſedulo ſibi proſpexiſſet. Et Pauſanias, ad antiquitatem narciſſo conciliandam ſatius

habuit,

Digitized by Google

habuit, antiquiſſimum teſtem laudare Pamphum, quam Homerum, etſi illuſtriorem. Neque vero nihil ad vetuſtatem huic Hymno conciliandam valere arbitror, quod ſeriores poetae, tanquam Apollonius Rh. aliique, quos in Adnotationibus excitauimus, multa eiusdem loca manifeſta imitatione expreſſerint, id quod a Cel. Ruhnkenio iam monitum video. Scripſi Gottingae, ſub aduentum veris, a. 1787.

ΟΜΗΡΟΥ

ΟΜΗΡΟΥ

ΥΜΝΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΜΗΤΡΑΝ.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΟΜΗΡΟΥ ΥΜΝΟΣ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΜΗΤΡΑΝ.

Δήμητρ' ἠΰκομον, σεμνὴν θεάν, ἄρχομ' ἀείδειν, θεὸν Herm.
Αὐτήν, ἠδὲ θύγατρα τανύσφυρον, ἣν Ἀϊδωνεὺς
Ἥρπαξεν, δῶκεν δὲ βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεύς, Cf. v. 79.

Νόσφιν

HOMERI HYMNUS
IN CEREREM.

Cererem crine-decoram, venerandam Deam, ordior canere,
Ipſam, et filiam teretem-pedes, quam Pluto
Rapuit, dedit autem graue-ſonans late-cernens Iupiter,

Νόσφιν Δήμητρος χρυσαόρου ἀγλαοκάρπου,
Παίζουσαν κούρῃσι σὺν Ὠκεανοῦ βαθυκόλποις,
Ἄνθεά τ' αἰνυμένην, ῥόδα, καὶ κρόκον, ἠδ' ἴα καλὰ,
Λειμῶν' ἂν μαλακὸν, καὶ ἀγαλλίδας, ἠδ' ὑάκινθον,
Νάρκισσόν θ', ὃν φύσε δόλον καλυκώπιδι κούρῃ
Γαῖα Διὸς βουλῇσι χαριζομένη Πολυδέκτῃ,
Θαυμαστὸν γανόωντα, σέβας τότε πᾶσιν ἰδέσθαι
Ἀθανάτοις τε θεοῖς ἠδὲ θνητοῖς ἀνθρώποις·
Τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει,
Κῶδις τ' ὀδμῇ πᾶς δ' οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε

Γαῖά

Seorſum a Cerere enſe-incincta, pulchrum-fructum praebente,
Ludentem cum filiabus Oceani pepla-profundo-ſinu-indutis,
Floresque legentem, roſas et crocum et violas pulchras,
Per molle pratum, et gladiolos et hyacinthum,
Narciſſumque, quem produxit fraudem roſeae puellae
Terra Iouis voluntate gratificata Orco,
Mire laetum, quo ſtupuerunt tunc omnes intuentes,
Tam Dii immortales quam mortales homines:
Cuius adeo ex radice centum capita excreverant,
Et fragrante odore omne caelum latum ſuperne

Γαῖά τε πᾶσ᾽ ἐγέλασσε καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης.
Ἡ δ᾽ ἄρα θαμβήσασ᾽ ὠρέξατο χερσὶν ἅμ᾽ ἄμφω
Καλὸν ἄθυρμα λαβεῖν· χάνε δὲ χθὼν εὐρυάγυια
Νύσιον ἄμπεδίον, τῇ ὄρουσεν ἄναξ Πολυδέγμων
Ἵπποις ἀθανάτοισι, Κρόνου πολυώνυμος υἱός.
Ἁρπάξας δ᾽ ἀέκουσαν ἐπὶ χρυσέοισιν ὄχοισιν
Ἦγ᾽ ὀλοφυρομένην· ἰάχησε δ᾽ ἄρ᾽ ὄρθια φωνῇ
Κεκλομένη πατέρα Κρονίδην ὕπατον καὶ ἄριστον.
Οὐδέ τις ἀθανάτων, οὐδὲ θνητῶν ἀνθρώπων
Ἤκουσεν φωνῆς, οὐδ᾽ ἀγλαόκαρποι ἑταῖραι,

Εἰ

Terraque omnis ridebat et ſalſus aeſtus aequoris.
Illa vero admirata ambas ſimul protendit manus,
Pulchrum ludicrum ut ſumeret. Sed hiavit terra vaſta
Nyſiis in campis, qua prorupit rex Pluto
Equis immortalibus *inuectus*, Saturni nobilis filius.
Rapuit vero inuitam *et* aureo curru
Abſtulit eiulantem: clamauit autem intenta
Inuocans patrem Saturnium ſummum et potentiſſimum.
Sed neque immortalium quisquam, neque mortalium hominum,
Eius vocem audiuit, neque pulchrae ſociae,

Digitized by Google

Εἰ μὴ Περσαίου θυγάτηρ ἀταλὰ φρονέουσα
Ἄϊεν ἐξ ἄντρου Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος,
Ἠέλιός τε ἄναξ, Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱὸς,
Κούρης κεκλομένης πατέρα Κρονίδην· ὁ δὲ νόσφιν
Ἧστο θεῶν ἀπάνευθε πολυλλίστῳ ἐνὶ νηῷ,
Δέγμενος ἱερὰ καλὰ παρὰ θνητῶν ἀνθρώπων.
Τὴν δ' ἀεκαζομένην ἦγεν Διὸς ἐννεσίῃσι
Πατροκασίγνητος, πολυσημάντωρ Πολυδέγμων,
Ἵπποις ἀθανάτοισι, Κρόνου πολυώνυμος υἱός.
Ὄφρα μὲν οὖν γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
Λεῦσσε θεὰ, καὶ πόντον ἀγάῤῥοον ἰχθυόεντα,

Αὐγάς

Niſi quod Perſaei filia mitis-animum
Audiuit ex antro, Hecate vitta-tenui-nitida,
Et Sol rex, Hyperionis illuſtris filius,
Puellam inuocantem patrem Saturnium. Hic vero ſeorſum
Sedebat procul a Diis precibus-expetito in templo,
Accipiens ſacra pulchra a mortalibus hominibus.
Sed illam coactam abſtulit, Iouis conſilio,
Patruus multis-imperans Pluto,
Equis immortalibus, Saturni nobilis filius.
Quamdiu igitur terram et caelum ſtellatum
Videbat Dea, et mare aeſtuans piſcoſum

Αὐγάς τ' ἠελίου, ἔτι δ' ἤλπετο μητέρα κεδνὴν
Ὄψεσθαι, καὶ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων·
Τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε μέγαν νόον ἀχνυμένης περ.
Ἤχησαν δ' ὀρέων κορυφαὶ καὶ βένθεα πόντου
Φωνῇ ὑπ' ἀθανάτῃ· τῆς δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ.
Ὀξὺ δέ μιν κραδίην ἄχος ἔλλαβεν, ἀμφὶ δὲ χαίταις
Ἀμβροσίαις κρήδεμνα δαΐζετο χερσὶ φίλῃσι,
Κυάνεον δὲ κάλυμμα κατ' ἀμφοτέρων βάλετ' ὤμων,
Σεύατο δ', ὥστ' οἰωνὸς, ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν
Μαιομένη. τῇ δ' οὔτις ἐτήτυμα μυθήσασθαι

Ἤθελεν,

Radiosque Solis, et adhuc ſperabat matrem venerandam
Se-eſſe-viſuram, et genera Deorum aeternorum:
Tamdiu ei ſpes mulcebat magnum animum, quamuis lugenti.
Reſonabant autem montium cacumina et profunda maris
Voce immortali: eamque percepit alma mater.
Acer vero eius animum dolor inuaſit, et ſuper comis
Ambroſiis vittam diſcidit manibus ſuis,
Caeruleumque velamen ambobus circumiecit humeris,
Seque concitauit, inſtar volucris, per terram et mare
Quaerens. Sed illi nemo vera dicere

Voluit,

Ἤθελεν, οὔτε θεῶν, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
Οὔτ᾽ οἰωνῶν τις τῇ ἐτήτυμος ἄγγελος ἦλθεν.

ectio Codicis ... runcn. οὔτε τις οἰωνῶν οἱ. ... erm. οὐδέ οἱ οἰωνῶν τις.

Ἐννῆμαρ μὲν ἔπειτα κατὰ χθόνα [πότνια Δηὼ]

lic Herm. quoniam verba inter- ... dationis suspecta habet.

Στρωφᾶτ᾽, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα,
Οὐδέ ποτ᾽ ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἡδυπότοιο
Πάσσατ᾽ ἀκηχεμένη, οὐδὲ χρόα βάλλετο λουτροῖς.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ δεκάτη οἱ ἐπήλυθε φαινολὶς Ἠὼς,
Ἤντετό οἱ Ἑκάτη, σέλας ἐν χείρεσσιν ἔχουσα,
Καὶ ῥά οἱ ἀγγελέουσα ἔπος φάτο, φώνησέν τε·
Πότνια Δημήτηρ, ὡρηφόρε, ἀγλαόδωρε,
Τίς θεῶν οὐρανίων ἠὲ θνητῶν ἀνθρώπων
Ἥρπασε

Digitized by Google

Voluit, neque Deorum, neque mortalium hominum,
Neque volucrum quaequam illi vera nuntia venit.
Nouem deinceps dies per terram alma Ceres
Vagabatur, ardentes faces in manibus tenens,
Nec vnquam ambroſia et nectare dulci
Fruebatur moerens, neque corpus ſuum immergebat lauacris.
Sed poſtquam decima ei aduenerat lucida aurora,
Occurrit ei Hecate, lumen in manibus gerens;
Et vero hanc nuntians allocuta eſt, et dixit:
Alma Ceres, tempeſtiua-adferens, ſplendida-donis,
Quis Deorum caeleſtium aut mortalium hominum

Rapuit

Digitized by Google

Ἥρπασε Περσεφόνην, καὶ σὸν φίλον ἤκαχε θυμόν;
Φωνῆς γὰρ ἤκουσ᾽, ἀτὰρ οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Ὅστις ἔην· σοὶ δ᾽ ὦνα λέγω νημερτέα πάντα.

conject. Editoris ... σοὶ δ᾽ ὦρα. Retinuit Herm.
... edidit λέγω, notata post versum ... lacuna, quam explendam sic censet: ... ἥλιος, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ καὶ πάντ᾽ ἐπακούει.

Ὣς ἄρ᾽ ἔφη Ἑκάτη· τὴν δ᾽ οὐκ ἠμείβετο μύθῳ
Ῥείης ἠϋκόμου θυγάτηρ, ἀλλ᾽ ὦκα σὺν αὐτῇ
Ἤϊξ᾽, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα.
Ἠέλιον δ᾽ ἵκοντο, θεῶν σκοπὸν ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
Σταν δ᾽ ἵππων προπάροιθε, καὶ εἴρετο δῖα θεάων·
Ἠέλι᾽ αἴδεσσαί με θεᾶς ὕπερ, εἴ ποτε δή σευ
Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ κραδίην καὶ θυμὸν ἴηνα·

coni. γονῆι. ... θέας, quod defendit Herm.

η.

Κούρην

Rapuit Proſerpinam, et tuum afflixit animum?
Vocem enim audiui, ſed non vidi oculis,
Quinam eſſet. At tibi, o regina, dico vera omnia.
Sic dixit Hecate. Illi autem non reſpondit ſermone
Rheae crines-decorae filia, ſed ſubito cum illa
Proripuit-ſe, ardentes faces in manibus tenens.
Solem vero adierunt, Deorum ſpeculatorem atque hominum,
Steteruntque ante equos; et rogauit ſancta Dearum:
Sol, reuerere me Deam propter, ſi vnquam tibi
Vel verbo, vel facto cor et animum hilaraui!

Filiam,

Κούρην τὴν ἔτεκον, γλυκερὸν θάλος, εἴδεϊ κυδρὴν,
Τῆς ἀδινὴν ὄπ' ἄκουσα δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο
Ὥστε βιαζομένης, ἀτὰρ οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν.
Ἀλλὰ, σὺ γὰρ δὴ πᾶσαν ἐπὶ χθόνα καὶ κατὰ πόντον
Αἰθέρος ἐκ δίης καταδέρκεαι ἀκτίνεσσι,
Νημερτέως μοι ἔνισπε, φίλον τέκος, εἴ που ὄπωπας,
Ὅστις νόσφιν ἐμοῖο λαβὼν ἀέκουσαν ἀνάγκῃ
Οἴχεται ἠὲ θεῶν ἢ καὶ θνητῶν ἀνθρώπων.
Ὣς φάτο. τὴν δ' Ὑπεριονίδης ἠμείβετο μύθῳ·
Ῥείης ἠϋκόμου θυγάτηρ, Δήμητερ ἄνασσα,
Εἰδήσεις· δὴ γὰρ μέγα ἅζομαι ἠδ' ἐλεαίρω

Ἀχνυ-

Filiam, quam peperi, dulce germen, forma egregiam:
Cuius anxiam vocem audiui per aëra vacuum,
Tanquam violatae, verum non vidi oculis:
Sed, tu enim omnem terram et pelagus
Aethere ex ſacro deſpectas radiis,
Vere mihi dicas: caram natam, ſicubi vidiſti,
Quisnam abſente me rapuerit inuitam vi
Aufugiens, vel Deorum vel etiam mortalium hominum.
Sic dixit: Illi autem Hyperionis filius reſpondit ſermone:
Rheae crines-decorae filia, Ceres, regina,
Audies; certe enim magnopere te veneror, et miſereor

Digitized by Google

Ἀχνυμένην περὶ παιδὶ τανυσφύρῳ· οὐδέ τις ἄλλος
Αἴτιος ἀθανάτων, εἰ μὴ νεφεληγερέτα Ζεύς,
Ὅς μιν ἔδωκ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
Αὐτοκασιγνήτῳ· ὃ δ' ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα
Ἁρπάξας ἵπποισιν ἄγεν μεγάλα ἰάχουσαν.
Herm. mutant in χόλον. Ἀλλά, θεά, κατάπαυε μέγαν γόον, οὐδέ τι σε χρὴ
ἄπληστον H. Μὰψ αὔτως ἄπλητον ἔχειν χόλον· οὔ τοι ἀεικὴς
sic cod. οὔτοι Herm. c. Vog. et Ilg.
Γαμβρὸς ἐν ἀθανάτοις πολυσημάντωρ Ἀϊδωνεύς,
Αὐτοκασίγνητος καὶ ὁμόσπορος, ἀμφὶ δὲ τιμὴν
Ἔλλαχεν, ὡς τὰ πρῶτα διάτριχα δασμὸς ἐτύχθη,

Τοῖς

Digitized by Google

Lugentis natam proceram. Sed nemo alius
Cauſam habet immortalium, niſi nimbos-ciens
Qui eam dedit Orco florentem Iupiter con-iugem,
Fratri *ſuo.* Ille autem ſub tenebras cali-gantes
Raptam equis duxit magna-voce claman-tem.
Verum, Dea, comprime grauem luctum: minime te decet
Temere et fruſtra indomitam exercere iram; haud te indignus
Gener inter immortales multis-imperans Pluto,
Frater et conſanguineus; praetereaque ho-norem
Sorte-tulit, cum primum tripartita diuiſio fieret,

Digitized by Google

Τοῖς μετὰ ναίεται, τῶν ἔλλαχε κοίρανος εἶναι.
Ὣς εἰπὼν, ἵπποισιν ἐκέκλετο· τοὶ δ' ὑπ' ὀμοκλῆς
Ῥίμφα φέρον θόον ἅρμα, τανύπτεροι ὥστ' οἰωνοί.
Τὴν δ' ἄχος αἰνότερον καὶ κύντερον ἵκετο θυμόν.
Χωσαμένη δ' ἤπειτα κελαινεφεῖ Κρονίωνι,
Νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον,
Ὤιχετ' ἐπ' ἀνθρώπων πόλιας καὶ πίονα ἔργα,
Εἶδος ἀμαλδύνουσα πολὺν χρόνον· οὐδέ τις ἀνδρῶν
Εἰσορόων γίνωσκε, βαθυζώνων τε γυναικῶν,
Πρίν γ' ὅτε δὴ Κελεοῖο δαΐφρονος ἵκετο δῶμα,

Ὃς

Vt cum iis habitet, quorum ſortitus-eſt dominatum.
Sic locutus, equos increpuit. Illi vero territi minis
Raptim egerunt celerem currum, extentis-alis vt volucres.
Illi autem dolor grauior et crudelior inuaſit mentem.
Irataque deinde atris-nubibus-cincto Saturnio,
Vitans Deorum concilium et altum Olympum
Abiit ad hominum vrbes et pinguia culta,
corrumpens
Formam tegens per longum tempus. Nec vllus virorum
Conſpiciens *eam* agnouit, aut profunde-ſuccinctarum mulierum,
Ante quam Celei prudentis aduenit domum,

Ὃς τότ' Ἐλευσῖνος θυοέσσης κοίρανος ἦεν.
Ἕζετο δ' ἐγγὺς ὁδοῖο, φίλον τετιημένη ἦτορ,
Post 98. signa lacunae posuit R.
Παρθενίῳ φρέατι, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται,
Ἐν σκιῇ, αὐτὰρ ὕπερθε πεφύκει θάμνος ἐλαίης,
Γρηῒ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος, ἥ τε τόκοιο
Εἴργηται, δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης,
Οἷαί τε τροφοὶ εἰσὶ θεμιστοπόλων βασιλήων
Παίδων, καὶ ταμίαι κατὰ δώματα ἠχήεντα.
Τὴν δὲ ἴδον Κελεοῖο Ἐλευσινίδαο θύγατρες,
Ἐρχόμεναι μεθ' ὕδωρ εὐήρυτον, ὄφρα φέροιεν
Κάλπισι χαλκείῃσι φίλα πρὸς δώματα πατρὸς,

Τέσσα-

Qui tum Eleuſinis odorae rex erat.
Conſedit autem prope viam, imo afflicta pectore,
Parthenium ad puteum, vnde hauriebant ciues,
Sub vmbra, quippe ſuperne natus-erat frutex oliuae,
Anui grandaeuae ſimilis, quae partu
Arcetur, donisque coronas-amantis Veneris:
Quales nutrices ſunt iura-dantium regum
Filiorum, et promae per aedes ſonantes.
Illam autem viderunt Celei Eleuſinidae filiae,
Venientes ad aquam hauſtu-facilem, vt ferrent
Situlis aeneis caras ad aedes patris,

Digitized by Google

[Τέσσαρες, ὥστε θεαὶ, κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι,
Καλλιδίκη, καὶ Κλεισιδίκη, Δημώ τ' ἐρόεσσα,
Καλλιθόη θ' ἣ τῶν προγενεστάτη ἦεν ἁπασῶν;]
Οὐδ' ἔγνων· χαλεποὶ δὲ θεοὶ θνητοῖσιν ὁρᾶσθαι.
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμεναι ἔπεα πτερόεντα προσηύδων·
Τίς, πόθεν ἐσσὶ, γρηῢ, παλαιγενέων ἀνθρώπων;
Τίπτε δὲ νόσφι πόληος ἀπέστιχες, οὐδὲ δόμοισι
Πιλνᾷς, ἔνθα γυναῖκες ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα
Τήλικαι, ὡς σύ περ ὧδε, καὶ ὁπλότεραι γεγάασιν,
Αἵ κέ σε φίλωνται ἠμὲν ἔπει, ἠδὲ καὶ ἔργῳ.

Ὡς

Digitized by Google

Quatuor, inſtar Dearum, iuuentutis flore conſpicuae,
Callidice, et Cliſidice, Demoque venuſta,
Et Callithoë, quae illarum natu-maxima erat omnium;
Neque cognouerunt: difficiles enim Dii mortalibus adſpectu *ſunt.*
Prope autem ſtantes dictis volantibus compellarunt:
Quae, vnde es, anus, grandaeuorum hominum?
Quid autem ab vrbe receſſiſti, neque domibus
Propinquas, vbi mulieres per aedes vmbroſas
Simili aetate, qua tu fere, et iuniores eſſe ſolent,
Quae te exciperent-amicis et verbis et factis.

Ὣς ἔφαθ᾽, ἡ δ᾽ ἐπέεσσιν ἀμείβετο πότνα θεάων·
Τέκνα φίλα, τίνες ἐστὲ γυναικῶν θηλυτεράων,
Χαίρετ᾽, ἐγὼ δ᾽ ὑμῖν μυθήσομαι· οὔτι ἀεικὲς
Ὑμῖν εἰρεμένῃσιν ἀληθέα μυθήσασθαι.
Δὼς ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ·
Νῦν δ᾽ αὖτε Κρήτηθεν ἐπ᾽ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἤλυθον οὐκ ἐθέλουσα, βίῃ δ᾽ ἀέκουσαν ἀνάγκῃ
Ἄνδρες ληϊστῆρες ἀπήγαγον. οἱ μὲν ἔπειτα
Νηῒ θοῇ Θορικόνδε κατέσχεθον, ἔνθα γυναῖκες
Ἠπείρου ἐπέβησαν ἀολλέες, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Δεῖπνον ἐπηρτύνοντο παρὰ πρυμνήσια νηός.

Ἀλλ᾽

Sic dixerunt; at verbis reſpondit ſancta Dearum:
Filiae dilectae, quaecunque eſtis mulierum,
Saluete. Ego vero vobis dicam; haud dedecet
Vobis rogantibus vera dicere.
Doris mihi nomen eſt: hoc enim impoſuit alma mater.
Nunc autem ex Creta ſupra lata dorſa maris
Veni haud cupiens; ſed vi inuitam cogentes
Praedatores abduxerunt. Hi poſtea
Nauem celerem ad Thoricum appulerunt, vbi mulieres
In continentem egreſſae ſunt frequentes, atque etiam ipſi
Coenam ſibi parauerunt iuxta retinacula nauis.

Sed

Digitized by Google

Ἀλλ' ἐμοὶ οὐ δόρποιο μελίφρονος ἤρατο θυμός.
Λάθρῃ δ' ὁρμηθεῖσα δι' ἠπεῖροιο μελαίνης,
Φεῦγον ὑπερφιάλους σημάντορας, ὄφρα κε μή με
Ἀπριάτην περάσαντες ἐμῆς ἀποναίατο τιμῆς.
Οὕτω δεῦρ' ἱκόμην ἀλαλημένη, οὐδέ τι οἶδα,
Ἥτις δὴ γαῖ' ἐστὶ, καὶ οἵτινες ἐγγεγάασιν †.
Ἀλλ' ὑμῖν μὲν πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δοῖεν κουριδίους ἄνδρας, καὶ τέκνα τέκεσθαι,
Ὡς ἐθέλουσι τοκῆες· ἐμ' αὖτ' οἰκτείρατε, κοῦραι,
Προφρονέως, φίλα τέκνα, τέως πρὸς δώμαθ' ἵκωμαι

Ἀνέρος

Sed mihi non coenae dulcis cupidus-erat animus.
Clam vero proripiens - me per continentem nigram,
Effugi ſuperbos dominos, ne forte, me
Nullo emtam pretio vendentes, mei fruantur pretio.
Ita huc veni errans, neque ſcio,
Quae tandem terra ſit, et quinam incolant.
At vobis omnes Olympias domos tenentes
Dent iuueniles maritos, et liberos parere,
Vt optant parentes! Mei autem miſeremini, puellae,
Beneuole, carae filiae, donec ad aedes venero

Ἀνέρος ἠδὲ γυναικὸς, ἵνα σφίσιν ἐργάζωμαι
Πρόφρων, οἷα γυναικὸς ἀφήλικος ἔργα τέτυκται.
Καί κεν παῖδα νεογνὸν ἐν ἀγκοίνῃσιν ἔχουσα
Καλὰ τιθηνοίμην, καὶ δώματα τηρήσαιμι,
Καί κε λέχος στορέσαιμι μυχῷ θαλάμων εὐπήκτων
Δεσπόσυνον, καί κ' ἔργα διδασκήσαιμι γυναῖκας.
Φῆ ῥα θεά. τὴν δ' αὐτίκ' ἀμείβετο παρθένος ἀδμὴς,
[Καλλιδίκη,] Κελεοῖο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη·
Μαῖα, θεῶν μὲν δῶρα, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἀνάγκῃ
Τέτλαμεν ἄνθρωποι· δὴ γὰρ πολὺ φέρτεροί εἰσι.

...c H., tan. ...am interpolatum.

...σλάμεν, in-...nit. pro imperativo ...rimae personae.

Ταῦτα

Viri atque mulieris, apud illos operatura
Libenter, quaecunque mulieris vetulae opera eſſe-ſolent.
Et puerum recens natum in vlnis habens
Bene nutricarem, et aedes cuſtodirem,
Et lectum ſternerem in intimo penetralium firmorum
Herilem, et opera (*artes texendi*) docerem mulieres.
Dixit Dea; ei autem continuo reſpondit virgo indomita,
Callidice, Celei natarum formoſiſſima:
Nutrix, Deorum munera, quamuis grauate, neceſſario
Toleramus homines; namque multo potentiores ſunt.

Haec

Ταῦτα δέ τοι σαφέως ὑποθήσομαι, ἠδ' ὀνομήνω
Ἀνέρας, οἷσιν ἔπεστι μέγα κράτος ἐνθάδε τιμῆς,
Δήμου τε προὔχουσιν, ἰδὲ κρήδεμνα πόληος
Εἰρύαται βουλῇσι καὶ ἰθείῃσι δίκῃσιν.
Ἠ μὲν Τριπτολέμου πυκιμήδεος, ἠ δὲ Διόκλου,
Ἠ δὲ Πολυξείνου, καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο,
Καὶ Δολιχοῦ καὶ πατρὸς ἀγήνορος ἡμετέροιο.
Τῶν πάντων ἄλοχοι κατὰ δώματα πορσαίνουσι·
Τάων οὐκ ἄν τίς σε κατὰ πρώτιστον ὀπωπὴν,
Εἶδος ἀτιμήσασα, δόμων ἀπονοσφίσσειεν,
Ἀλλά σε δέξονται· δὴ γὰρ θεοείκελός ἐσσι.

Εἰ

Haec vero te plane edocebo, atque nominabo
Viros, penes quos hic ſummum eſt imperium,
Et in - populo *qui* eminent, et moenia vrbis
Tuentur conſiliis et iuſtis iudiciis.
Haec *domus eſt* Triptolemi ſapientis, illa Dioclis,
Illa Polyxeni, et egregii Eumolpi,
Et Dolichi, et patris ſtrenui noſtri.
Horum omnium vxores aedes curant:
Quarum haud vlla te, vel primo aſpectu,
Formam aſpernata, a domibus arceret;
Verum te excipient: nam ſane Deaeſimilis es.

Εἰ δὲ θέλεις, ἐπίμεινον, ἵνα πρὸς δώματα πατρὸς
Ἔλθωμεν, καὶ μητρὶ βαθυζώνῳ Μετανείρῃ
Εἴπωμεν τάδε πάντα διαμπερὲς, αἴ κέ σ᾽ ἀνώγῃ
Ἡμέτερόν δ᾽ ἰέναι, μηδ᾽ ἄλλων δώματ᾽ ἐρευνᾷν.
Τηλύγετος δέ οἱ υἱὸς ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ
Ὀψίγονος τρέφεται, πολυεύχετος, ἀσπάσιός τε.
Εἰ τόν γ᾽ ἐκθρέψαιο, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Ῥεῖά κε τίς σε ἰδοῦσα γυναικῶν θηλυτεράων
Ζηλώσαι· τόσα κέν τοι ἀπὸ θρεπτήρια δοίη.
Ὡς ἔφαθ᾽. ἡ δ᾽ ἐπένευσε καρήατι· ταὶ δὲ φαεινὰ

Πλησά-

Sin mauis, mane, dum ad aedes patris
Eamus, et matri profunde ſuccinctae Metanirae
Dicamus haec omnia ordine, ſi forte te iuſſerit
Noſtram domum venire, nec aliorum aedes quaerere.
In ſenectute genitus ei filius in conclaui ſolido
Sero natus nutritur, exoptatus et gratiſſimus.
Si hunc enutrires, et pubertatis metam contingeret,
Facile aliqua tibi mulierum
Inuideret: tanta tibi nutricia daret!
Sic dixit; et haec annuit capite. Illae vero ſplendentia

Πλησάμεναι ὕδατος φέρον ἄγγεα κυδιάουσαι.
Ῥίμφα δὲ πατρὸς ἵκοντο μέγαν δόμον, ὦκα δὲ μητρὶ
Ἔννεπον, ὡς εἶδόν τε καὶ ἔκλυον. ἡ δὲ μάλ' ὦκα
Ἐλθούσας ἐκέλευε καλεῖν ἐπ' ἀπείρονι μισθῷ.
Αἱ δ', ὥστ' ἢ ἔλαφοι, ἢ πόρτιες ἤαρος ὥρῃ
Ἄλλοντ' ἀν λειμῶνα, κορεσσάμεναι φρένα φορβῇ,
Ὣς αἱ ἐπισχόμεναι ἑανῶν πτύχας ἱμερόεντων,
Ἤϊξαν κοίλην κατ' ἀμαξιτόν· ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὤμοις αΐσσοντο κροκηΐῳ ἄνθει ὁμοῖαι.
Τέτμον δ' ἐγγὺς ὁδοῦ κυδρὴν θεὰν, ἔνθα πάρος περ

Κάλλι-

Impleta aqua ferebant vaſa exſultantes,
Celeresque patris venerunt magnam domum, ſtatimque matri
Nuntiarunt, quae viderant atque audiuerant. At illa confeſtim
Ire eas iuſſit et arceſſere ingente mercede.
Hae vero, ſicut aut ceruae aut vitulae veris tempore
Saliunt per pratum, ſaturatae animum paſtu,
Sic hae, attollentes peplorum rugas decororum,
Properabant ad cauatam plauſtris viam, comaeque circum
Humeros quaſſabantur, croceo flori ſimiles.
Inuenerunt autem prope viam praeclaram Deam, vbi antea

Κάλλιπον· αὐτὰρ ἔπειτα φίλα πρὸς δώματα πατρὸς
Ἡγεῦνθ'· ἡ δ' ἄρ' ὄπισθε, φίλον τετιημένη ἦτορ,
Στεῖχε κατακρῆθεν κεκαλυμμένη· ἀμφὶ δὲ πέπλος
Κυάνεος ῥαδινοῖσι θεῆς ἐλελίζετο ποσσίν.
Αἶψα δὲ δώμαθ' ἵκοντο διοτρεφέος Κελεοῖο,
Βὰν δὲ δι' αἰθούσης, ἔνθα σφίσι πότνια μήτηρ
Ἧστο παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο
Παῖδ' ὑπὸ κόλπῳ ἔχουσα, νέον θάλος· αἱ δὲ παρ' αὐτὴν
Ἔδραμον· ἡ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἔβη ποσί· καί ῥα μελάθρου
Κῦρε κάρη· πλῆσεν δὲ θύρας σέλαος θείοιο.

ſic Cod. θεᾶς Herm.

Τὴν

Reliquerant; et deinceps caras ad aedes patris
Duxerunt: haec vero pone, imo afflicta pectore
Ibat capite velato, et peplum
Caeruleum circum teneros Deae ſtrepitabat pedes.
Confeſtimque ad aedes peruenerunt Iouis alumni Celei,
Et perrexerunt per porticum *eo*, vbi illis veneranda mater
Sedebat iuxta poſtem triclinii affabre ſtructi,
Infantem ſub ſinu habens, recens germen. Illae autem ad eam
Currebant; at vero haec limen conſcendit pedibus, et ecce! trabem tecti
Tetigit capite, impleuitque fores ſplendore diuino.

Τὴν δ' αἰδώς τε, σέβας τε, ἰδὲ χλωρὸν δέος εἷλεν.
Εἶξε δέ οἱ κλισμοῖο, καὶ ἑδριάασθαι ἄνωγεν.
Ἀλλ' οὐ Δημήτηρ ὡρηφόρος, ἀγλαόδωρος,
Ἤθελεν ἑδριάασθαι ἐπὶ κλισμοῖο φαεινοῦ,
Ἀλλ' ἀκέουσα ἔμιμνε, κατ' ὄμματα καλὰ βαλοῦσα·
Πρίν γ', ὅτε δή οἱ ἔθηκεν Ἰάμβη κέδν' εἰδυῖα
Πηκτὸν ἕδος, καθύπερθε δ' ἐπ' ἀργύφεον βάλε κῶας.
Ἔνθα καθεζομένη προκατέσχετο χερσὶ καλύπτρην,
Δηρὸν δ' ἄφθογγος τετιημένη ἧστ' ἐπὶ δίφρου,
Οὐδέ τιν' οὔτ' ἔπει προσπτύσσετο, οὔτε τι ἔργῳ,

Ἀλλ'

Digitized by Google

Sed illam pudorque et admiratio et pallidus horror cepit;
Ceſſitque ei ſella, et ſedere iuſſit.
At noluit Ceres, tempeſtiua-praebens, ſplendida donis,
Sedere in ſella magnifica,
Sed tacita conſtitit, oculos pulchros deiecta:
Vsque dum ei poſuit Iambe honeſta
Compactum ſedile, ſuperque albam iniecit pellem.
Ibi conſidens praetendit-ſibi manibus velamen comarum.
Diu vero vocem-comprimens dolore ſedit in ſella,
Nec vlli aut verbo ſe-adiunxit, aut facto,

Digitized by Google

Ἀλλ' ἀγέλαστος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος
Ἧστο, πόθῳ μινύθουσα βαθυζώνοιο θυγατρός·
[Πρίν γ' ὅτε δὴ χλεύης μιν Ἰάμβη κέδν' εἰδυῖα
Πολλὰ παρὰ σκώπτουσ' ἐτρέψατο πότνιαν, ἁγνήν,
Μειδῆσαι, γελάσαι τε, καὶ ἵλαον σχεῖν θυμόν.
[Ἣ δὴ οἱ καὶ ἔπειτα μεθύστερον εὔαδεν ὀργαῖς.]]
Τῇ δὲ δέπας Μετάνειρα δίδου μελιηδέος οἴνου
Πλήσασ'. ἡ δ' ἀνένευσ'. οὐ γὰρ θεμιτόν τοι, ἔφασκεν,
Πίνειν οἶνον ἐρυθρόν. ἄνωγε δ' ἄρ' ἄλφι καὶ ὕδωρ
Δοῦναι μίξασαν πιέμεν γλήχωνι τερείνῃ.

Ἡ δὲ

Sed miſerrima, non-guſtans cibum neque potum,
Sedit, deſiderio tabeſcens profunde-ſuccinctae filiae:
Vsque dum facetiis eam Iambe honeſta
Multum cauillata, commouit dominam caſtam,
Vt rideret-leniter, et hilarem haberet animum:
Quae quidem ei et poſtea placuit moribus.
Illi autem poculum Metanira porrexit dulci vino
Impletum; ſed renuit: nam fas ſibi *eſſe* negauit,
Bibere vinum rubens: iuſſit vero farinam et aquam
Dare mixtam ad-bibendum pulegio contrito.

Illa

Ἡ δὲ κυκεῶ τεύξασα θεᾷ πόρεν, ὡς ἐκέλευε. Cod. ἔνεκεν. sic Herm.
Δεξαμένη δ' ὁσίης ἐπέβη [πολυπότνια Δηώ.] sic Herm., ut v. 47.
Τῇσι δὲ μύθων ἦρχεν ἐΰζωνος Μετάνειρα·
Χαῖρε, γύναι, ἐπεὶ οὔ σε κακῶν ἄπ' ἔολπα τοκήων
Ἔμμεναι, ἀλλ' ἀγαθῶν· ἐπί τοι πρέπει ὄμμασιν αἰδὼς,
Καὶ χάρις, ὡσεί πέρ τε θεμιστοπόλων βασιλήων.
Ἀλλὰ θεῶν μὲν δῶρα, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἀνάγκη
τετλάμεν Herm., ut v. 148. Τέτλαμεν ἄνθρωποι· ἐπὶ γὰρ ζυγὸς αὐχένι κεῖται.
Νῦν δ', ἐπεὶ ἵκεο δεῦρο, παρέσσεται, ὅσσα τ' ἐμοί περ.
Παῖδα δέ μοι τρέφε τόνδε, τὸν ὀψίγονον καὶ ἄελπτον

Ὦπα-

Digitized by Google

Illa autem miſturam confectam Deae por-
rexit, vt iuſſerat:
Qua accepta, ſacro-honore primum-po-
tita-eſt alma Ceres.
Colloquium vero exorſa-eſt pulchre-cin-
cta Metanira:
Salue, mulier! haud enim te ex vilibus
opinor parentibus
Eſſe, ſed nobilibus; quoniam in-oculis
tibi elucet pudor
Et gratia, qualis iura-dantium re-
gum.
Sed Deorum munera, quamuis grauate,
neceſſario
Toleramus homines; nam iugum ceruici
incumbit.
Iam vero cum veniſti huc, *tibi* aderunt,
quaecunque mihi *bona*.
At filium mihi nutri hunc, quem ſero-
genitum et inſperatum

Ὤπασαν ἀθάνατοι· πολυήρατος δέ μοι ἐστίν.
Εἰ τόν γε θρέψαιο, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο, ,ʼ ἐκθρ. H.
Ἦ ῥά κε τίς σε ἰδοῦσα γυναικῶν θηλυτεράων ... ά κέ σίς l. e v. 167.
Ζηλώσαι· τόσα κέν τοι ἀπὸ θρεπτήρια δοίην.
Τὴν δ᾽ αὖτε προσέειπεν ἐϋστέφανος Δημήτηρ·
Καὶ σὺ, γύναι, μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ἐσθλὰ πόροιεν·
Παῖδα δέ τοι πρόφρων ὑποδέξομαι, ὥς με κελεύεις,
Θρέψω τ᾽. οὔ μιν, ἔολπα, κακοφραδίῃσι τιθήνης, ... θρέψω καὶ ... egregie Herm. ... θρέψαι
Οὔτ᾽ ἄρ᾽ ἐπηλυσίη δηλήσεται, οὔθ᾽ ὑποταμνόν.
Οἶδα γὰρ ἀντίτομον μέγα φέρτερον ὑλοτόμοιο,

Οἶδα

Praebuerunt immortales; exoptatiſſimus autem mihi eſt.
Si hunc enutrires, et pubertatis metam contingeret,
Facile aliqua tibi mulierum tenerarum
Inuideret: tanta tibi nutricia darem!
Hanc vero rurſus allocuta - eſt pulchre-coronata Ceres:
Et tu, mulier, multum ſalue! Dii autem tibi bona largiantur!
Filium vero tibi lubens ſuſcipiam, ſicut me iubes,
Nutriamque. Non eum, ſpero, per - inſcitiam nutricis
Aut incantatio laedet, aut herba - ſuccisa;
Noui enim remedium multo efficacius iſta - in - ſiluis - exciſa;

Noui

Digitized by Google

Οἶδα δ' ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἐσθλὸν ἐρυσμόν.
Ὣς ἄρα φωνήσασα, θυώδεϊ δέξατο κόλπῳ,
Χερσίν τ' ἀθανάτῃσι· γεγήθει δὲ φρένα μήτηρ.
Ὣς ἡ μὲν Κελεοῖο δαΐφρονος ἀγλαὸν υἱὸν,
Δημοφόωνθ', ὃν ἔτικτεν ἐΰζωνος Μετάνειρα,
Ἔτρεφεν ἐν μεγάροις. ὁ δ' ἀέξετο δαίμονι ἶσος,
Οὔτ' οὖν σῖτον ἔδων, οὐ θησάμενος Δημήτηρ
Χρίεσκ' ἀμβροσίῃ, ὡσεὶ θεοῦ ἐκγεγαῶτα,
Ἡδὺ καταπνείουσα, καὶ ἐν κόλποισιν ἔχουσα·
Νύκτας δὲ κρύπτεσκε πυρὸς μένει, ἠΰτε δαλὸν,

unc versum interpositis signis lacunae rejicit H.

Λάθρα

Digitized by Google

Noui etiam ad incantationem nocentiſſimam bonum remedium.
Sic locuta, fragranti *eum* excepit ſinu,
Manibusque immortalibus; et laetata-eſt animo mater.
Sic illa Celei prudentis illuſtrem filium,
Demophontem, quem peperit pulchre-cincta Metanira,
Enutriuit in aedibus; at ille creuit deo ſimilis,
Nec ſane panem edens, nec ſugens. Ceres *eum*
Vngebat ambroſia, quaſi Dei progeniem,
Dulce afflans, et in ſinu geſtans:
Noctu vero occultabat ignis vi, tanquam torrem,

Λάθρα φίλων γονέων· τοῖς δὲ μέγα θαῦμ' ἐτέτυκτο,
αὗμα γείνετο Herm.
Ὡς προθαλὴς τελέθεσκε, θεοῖσι δὲ ἄντα ἐῴκει.
Καί κέν μιν ποίησεν ἀγήρων τ' ἀθάνατόν τε,
Εἰ μὴ ἄρ' ἀφραδίῃσιν ἐΰζωνος Μετάνειρα,
Νύκτ' ἐπιτηρήσασα, θυώδεος ἐκ θαλάμοιο
Σκέψατο, κώκυσεν δὲ, καὶ ἄμφω πλήξατο μηρὼ,
Δείσασ' ᾧ περὶ παιδὶ, καὶ ἀάσθη μέγα θυμῷ,
Καί ῥ' ὀλοφυρομένη, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Τέκνον Δημοφόων, ξείνη σε πυρὶ ἐνὶ πολλῷ
Κρύπτει, ἐμοὶ δὲ γόον καὶ κήδεα λυγρὰ τίθησιν.

Ὡς

Digitized by Google

Clam caris parentibus. Illis autem magno miraculo fuit,
Quanto vigore exortus-ſit, Diis adſpectu ſimilis.
Atque eum factura-erat ſenii-expertem et immortalem,
Niſi per-ſtultitiam pulchre-cincta Metanira,
Nocte obſeruans, fragranti ex thalamo
Inſpexiſſet: eiulauit autem, et ambo ſibi-percuſſit femora,
Timens ſuo filio, et magno furore-turbata eſt mentem,
Et lamentans dictis volantibus *eum* allocuta-eſt:
Fili Demophon, hoſpita te igne multo
Occultat, mihi autem moerorem et curas triſtes efficit.

Digitized by Google

Ὣς φάτ᾽ ὀδυρομένη· τῆς δ᾽ ἄϊε δῖα θεάων.
Τῇ δὲ χολωσαμένη καλλιστέφανος Δημήτηρ,
Παῖδα φίλον, τὸν ἄελπτον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτικτε,
Χείρεσσ᾽ ἀθανάτῃσιν ἀπὸ ἕο θῆκε πέδονδε,
Ἐξανελοῦσα πυρὸς, θυμῷ κοτέσασα μάλ᾽ αἰνῶς,
Καί ῥ᾽ ἄμυδις προσέειπεν ἐΰζωνον Μετάνειραν·
Νήϊδες ἄνθρωποι καὶ ἀφράδμονες, οὔτ᾽ ἀγαθοῖο
Αἶσαν ἐπερχομένου προγνώμενοι, οὔτε κακοῖο.
Καὶ σὺ γὰρ ἀφραδίῃσι τεῇς μήκιστον ἀάσθης.
Ἴστω γὰρ, θεῶν ὅρκος, ἀμείλικτον Στυγὸς ὕδωρ,

Ἀθά-

Sic dixit ingemens, eamque audiit ſancta Dearum.
Illi autem irata pulchre - coronata Ceres,
Filium carum, quem inſperatum in aedibus pepererat,
Manibus immortalibus a ſe depoſuit in terram,
Ereptum igni, animum incenſa - iris ſaeviſſimis,
Et ſimul allocuta - eſt pulchre - cinctam Metaniram:
Inſcii homines et dementes, neque boni
Sortem venturi praeſagientes, neque mali!
Et tu enim ex ſtultitia tua ingens damnum cepiſti.
Teſtis enim ſit Deos obſtringens, implacabile Stygis flumen!

Ἀθάνατόν κέν τοι καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα
Παῖδα φίλον ποίησα, καὶ ἄφθιτον ὤπασα τιμήν·
Νῦν δ' οὐκ ἔσθ' ὥς κεν θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξοι.
Τιμὴ δ' ἄφθιτος αἰὲν ἐπέσσεται, οὕνεκα γούνων
Ἡμετέρων ἐπέβη καὶ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἴαυσεν.
Ὥρῃσι δ' ἄρα τῷ γε, περιπλομένων ἐνιαυτῶν,
Παῖδες Ἐλευσινίων πόλεμον καὶ φύλοπιν αἰνὴν
Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισιν ἀέξουσ' ἤματα πάντα.
Εἰμὶ δὲ Δημήτηρ τιμάοχος, ἥτε μέγιστον
Ἀθανάτοις θνητοῖς τ' ὄνιαρ καὶ χάρμα τέτυκται.

Ἀλλ'

Immortalem tibi et ſenectae-expertem per omne aeuum
Filium carum factura-eram, et ſempiternum largitura honorem.
Iam vero non licet ei, mortem et ſaeuas-Parcas effugere;
Honor autem immortalis ſemper aderit, quod genibus
Noſtris exceptus-eſt, et in vlnis dormivit.
At vero in-progreſſu-temporum huic, circumuolutis annis,
Filii Eleuſiniorum bellum et pugnam diram
Semper inuicem concitabunt per omne aeuum.
Sum autem Ceres honorata, quae maximum
Immortalibus mortalibusque emolumentum et gaudium eſt.

Ἀλλ' ἄγε, μοι νηόν τε μέγαν, καὶ βωμὸν ὑπ' αὐτῷ,
Τευχόντων πᾶς δῆμος ὑπαὶ πόλιν, αἰπύ τε τεῖχος,
Καλλιχόρου καθύπερθεν, ἐπὶ προὔχοντι κολωνῷ.
Ὄργια δ' αὐτὴ ἐγὼν ὑποθήσομαι, ὡς ἂν ἔπειτα,
Εὐαγέως ἔρδοντες, ἐμὸν νόον ἱλάσκοισθε.
Ὣς εἰποῦσα θεὰ, μέγεθος καὶ εἶδος ἄμειψε,
Γῆρας ἀπωσαμένη. περί τ' ἀμφί τε κάλλος ἄητο,
Ὀδμὴ δ' ἱμερόεσσα θυηέντων ἀπὸ πέπλων
Σκίδνατο, τῆλε δὲ φέγγος ἀπὸ χροὸς ἀθανάτοιο
Λάμπε θεῆς, ξανθαὶ δὲ κόμαι κατενήνοθεν ὤμους,

Αὐγῆς

Sed age, mihi templum magnum, et aram ſub eo
Condant omnis populus, ſub vrbe altoque muro,
Super Callichorum, in prominente colle.
Orgia autem ipſa ego docebo, vt in-poſterum
Rite ſacrificantes meam mentem placetis.
Sic locuta Dea, ſtaturamque et formam mutauit,
Senectute deiecta, et circumcirca venuſtas ſpirabat,
Odorque iucundus fragrantibus a peplis
Spargebatur, et procul lux a corpore immortali
Effulgebat Deae, flauique capilli fluebant per humeros,

Digitized by Google

Αὐγῆς δ᾽ ἐπλήσθη πυκινὸς δόμος, ἀστεροπῆς ὥς·
Βῆ δὲ δι᾽ ἐκ μεγάρων. Τῆς δ᾽ αὐτίκα γούνατ᾽ ἔλυντο,
Δηρὸν δ᾽ ἄφθογγος γένετο χρόνον, οὐδέ τι παιδὸς
Μνήσατο τηλυγέτοιο ἀπὸ δαπέδου ἀνελέσθαι.
Τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐσάκουσαν ἐλεινὴν,
Κὰδ δ᾽ ἄρ᾽ ἀπ᾽ εὐστρώτων λεχέων θόρον. ἡ μὲν ἔπειτα,
Παῖδ᾽ ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα, ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ·
Ἡ δ᾽ ἄρα πῦρ᾽ ἀνέκαι᾽· ἡ δ᾽ ἔσσυτο πόσσ᾽ ἁπαλοῖσι,
Μητέρ᾽ ἀναστήσουσα θυώδεος ἐκ θαλάμοιο.
Ἀγρόμεναι δέ μιν ἀμφὶς ἐλούεον ἀσπαίροντα,

Cod. ἐλεεινὴν, quam scripturam posuit in textu H. et studuit in annot. corrigere.

Ἀμφα-

Et ſplendore implebatur ſolidum cubiculum, tanquam fulguris.
Exiit autem ex aedibus. At illius ſubito genua ſoluta - ſunt;
Et per - longum voce caruit tempus, neque filium
Recordata eſt ſero - genitum de pauimento tollere.
Huius autem ſorores vocem audierunt miſerabilem,
Et a bene - ſtratis lectis deſiluerunt: *quarum* haec deinde
Infantem manibus ſublatum, ſuo excepit ſinu;
Illa ignem accendit; illa autem properauit pedibus teneris
Matrem excitatura fragranti e thalamo.
Congregatae autem illum circum lauerunt palpitantem,

Aman-

Ἀμφαγαπαζόμεναι· τοῦ δ' οὐ μειλίσσετο θυμός.
Χειρότεραι γὰρ δή μιν ἔχον τροφοὶ ἠδὲ τιθῆναι.
Αἳ μὲν παννύχιαι κυδρὴν θεὸν ἱλάσκοντο,
Δείματι παλλόμεναι, ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένηφιν
Εὐρυβίῃ Κελεῷ νημερτέα μυθήσαντο,
Ὣς ἐπέτελλε θεὰ, καλλιστέφανος Δημήτηρ.
Αὐτὰρ ὅγ' εἰς ἀγορὴν καλέσας πολυπείρονα λαὸν,
Ἤνωγ' ἠϋκόμῳ Δημήτερι πίονα νηὸν
Ποιῆσαι, καὶ βωμὸν ἐπὶ προὔχοντι κολωνῷ.
Οἱ δὲ μάλ' αἶψ' ἐπίθοντο, καὶ ἔκλυον αὐδήσαντος,
Τεῦχον δ', ὡς ἐπέτελλ'. ὁ δ' ἀέξετο δαίμονος αἴσῃ.

Αὐτὰρ

Amantiſſime-complectentes: ſed eius non delinitus-eſt animus;
Deteriores enim iam eum habebant altrices atque nutrices.
Illae quidem per-totam-noctem venerandam Deam placabant
Metu concuſſae; at ſimul aurora illucente
Late-potenti Celeo vere narrabant,
Quaecunque iuſſerat Dea, pulchre-coronata Ceres.
Ille vero ad concionem vocans immenſum populum
Iuſſit comas-decorae Cereri opimum templum
Condere et aram, in prominente colle.
Hi autem continuo paruerunt, obedientes dictis,
Et exſtruxerunt *templum*, ſicut iuſſerat: illud vero excreuit diuino fato.

Sed

Αὐτὰρ ἐπεὶ τέλεσαν, καὶ ἐρώησαν καμάτοιο,
Βὰν ῥ' ἴμεν οἶκαδ' ἕκαστος. αὐτὰρ ξανθὴ Δημήτηρ
Ἔνθα καθεζομένη, μακάρων ἀπὸ νόσφιν ἁπάντων,
Μίμνε πόθῳ μινύθουσα βαθυζώνοιο θυγατρός.
Αἰνότατον δ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν
Ποίησ' ἀνθρώποις καὶ κύντατον, οὐδέ τι γαῖα
Σπέρμ' ἀνίει· κρύπτεν γὰρ ἐϋστέφανος Δημήτηρ.
Πολλὰ δὲ καμπύλ' ἄροτρα μάτην βόες εἷλκον ἀρούραις·
Πολλὸν δὲ κρῖ λευκὸν ἐτώσιον ἔμπεσε γαίῃ.
Καὶ νύ κε πάμπαν ὄλεσσε γένος μερόπων ἀνθρώπων

Λιμοῦ

Sed poſtquam abſoluerant, et deſtiterant a labore,
Iuerunt ſuam quisque domum. At flaua Ceres
Ibi conſidens, caelicolis ſeorſum ab omnibus,
Permanſit, deſiderio tabeſcens alte-cinctae filiae.
Grauiſſimum vero annum ſupra tellurem feracem
Effecit hominibus et crudeliſſimum; neque vllum terra
Semen emiſit; abſcondebat enim coronis-laeta Ceres.
Multaque curua aratra fruſtra boues traxerunt in aruis,
Multumque hordeum albens irritum incidit terrae.
Et ſane vniuerſum periiſſet genus voces-articulantium hominum

Fame

Digitized by Google

Λιμοῦ ὑπ' ἀργαλέης, γεράων τ' ἐρικυδέα τιμὴν
Καὶ θυσιῶν ἤμερσεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντας,
Εἰ μὴ Ζεὺς ἐνόησεν, ἑῷ δ' ἐφράσσατο θυμῷ.
Ἶριν δὲ πρῶτον χρυσόπτερον ὦρσε καλέσαι
Δήμητρ' ἠΰκομον, πολυήρατον εἶδος ἔχουσαν.
Ὣς ἔφαθ'. ἡ δὲ Ζηνὶ κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Πείθετο, καὶ μεσσηγὺ διέδραμεν ὦκα πόδεσσιν.
Ἵκετο δὲ πτολίεθρον Ἐλευσῖνος θυοέσσης,
Εὗρε δ' ἐνὶ νηῷ Δημήτερα κυανόπεπλον,
Καί μιν φωνήσασ', ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

Δήμη-

ἢ H. sed magis Homericum putat μὲν.

εὗρε δ' ἐν νηῷ Cod. Inde εὗρεν δ' ἐν ν. H.

Fame graui, munerumque celebrato honore
Ac victimarum priuaſſet Olympias domos tenentes;
Niſi Iupiter ſenſiſſet, et in-ſuo deliberaſſet animo.
Irin vero primum aureis-alis delabi iuſſit ad vocandam
Cererem crine-decoram et forma egregia.
Dixit; at illa Ioui atris-nubibus-cincto Saturnio
Paruit; et interuallum percurrit velociter pedibus.
Adiit autem vrbem Eleuſinis odorae,
Inuenitque in templo Cererem caeruleo-peplo-ornatam;
Et eam vocans dictis volantibus allocuta eſt:

Δήμητερ, καλέει σε πατὴρ Ζεὺς ἄφθιτα εἰδὼς,
Ἐλθέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων.
Ἀλλ' ἴθι, μηδ' ἀτέλεστον ἐμὸν ἔπος ἐκ Διὸς ἔστω.
Ὧς φάτο λισσομένη. τῆς δ' οὐκ ἐπεπείθετο θυμός.
Αὖτις ἔπειτα θεοὺς μάκαρας Ζεὺς αἰὲν ἐόντας
Πάντας ἐπιπροΐαλλεν. ἀμοιβηδὶς δὲ κιόντες
Κίκλησκον, καὶ πολλὰ δίδον περικαλλέα δῶρα,
Τιμάς θ' ἅς κ' ἐθέλοιτο μετ' ἀθανάτοισιν ἕλεσθαι.
Ἀλλ' οὔτις πεῖσαι δύνατο φρένας ἠδὲ νόημα
Θυμῷ χωομένης· στερεῶς δ' ἠναίνετο μύθους.

Οὐ

Ceres, vocat te pater Iupiter haud-irrita decernens,
Vt-venias ad gentes Deorum aeternorum.
Quare ito, neque caducum ſit, quod nuntio, verbum Iouis!
Sic dixit obſecrans; at huius non inflectebatur animus.
Rurſus deinceps pater felices Deos ſempiternos
Omnes ad-*eam* legauit. Et alius-alium ſubſequentes
Vocabant, et multa dabant inſignia dona,
Honoresque, quoscunque vellet inter immortales habere.
Verum haud quisquam flectere potuit mentem et ſententiam
Toto-animo iraſcentis; ſed obſtinate renuit verbis.

Οὐ μὲν γάρ ποτε, φάσκε, θυώδεος Οὐλύμποιο
Πρίν γ' ἐπιβήσεσθαι, ἢ πρὶν γῆς καρπὸν ἀνήσειν,
Πρίν γ' ἴδοι ὀφθαλμοῖσιν ἑὴν εὐώπιδα κούρην.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε βαρύκτυπος εὐρυόπα Ζεὺς,
Εἰς Ἔρεβος πέμψε χρυσόῤῥαπιν Ἀργειφόντην,
Ὄφρ' Ἀΐδην μαλακοῖσι παραιφάμενος ἐπέεσσιν,
Ἁγνὴν Περσεφόνειαν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Ἐς φάος ἐξαγάγοι μετὰ δαίμονας, ὄφρα ἑ μήτηρ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα, μεταλλήξειε χόλοιο.
Ἑρμῆς δ' οὐκ ἀπίθησεν, ἄφαρ δ' ὑπὸ κεύθεα γαίης

Digitized by Google

Negauit enim, odorum Olympum
Prius ſe-eſſe-conſcenſuram, aut prius terrae fructum emiſſuram,
Quam vidiſſet oculis ſuam formoſam filiam.
Quae poſtquam audierat graue-ſonans late-cernens Iupiter,
In Erebum miſit aurea-virga-ornatum Argicidam,
Qui, Plutonem mollibus hortatus dictis,
Caſtam Proſerpinam ex tenebris caligantibus
In lucem reduceret ad diuos; vt, eam mater
Oculis videns, poneret iram.
Mercurius autem non renuit, ſed continuo ſubter profunda terrae

Digitized by Google

Ἐσσυμένως κατόρουσε, λιπὼν ἕδος Οὐλύμποιο.
Τέτμε δὲ τόν γε ἄνακτα δόμων ἔντοσθεν ἐόντα,
Ἥμενον ἐν λεχέεσσι σὺν αἰδοίῃ παρακοίτῃ,
Πόλλ' ἀεκαζομένῃ μητρὸς πόθῳ· ἡ δ' ἐπ' ἀτλήτων
Ἔργοις ἀθανάτων μακάρων μητίσατο βουλήν.
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος προσέφη κρατὺς Ἀργειφόντης·
Αἴδη κυανοχαῖτα, καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,
Ζεύς σε πατὴρ ἤνωγεν ἀγαυὴν Περσεφόνειαν
Ἐξαγαγεῖν Ἐρέβευσφι μετὰ σφέας, ὄφρα ἑ μήτηρ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα, χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς

Ἀθα-

Velox delapſus - eſt, relicta ſede Olympi.
Et inuenit illum regem aedibus intus,
Sedentem in toro cum veneranda coniuge,
Multa reluctante ob matris deſiderium: ſed illa nihil dum ceſſans
Rebus Deorum felicium graue intendebat conſilium.
Prope vero accedens *eum* allocutus - eſt fortis Argicida:
Pluto, caerulee - crines, manibus imperans,
Iupiter me pater iubet inclytam Proſerpinam
Reducere ex Erebo ad ipſos; vt, eam mater
Oculis videns, irae et vltionis ſaevae

Ἀθανάτοις παύσειεν· ἐπεὶ μέγα μήδεται ἔργον,
Φθῖσαι φῦλ' ἀμενηνὰ χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
Σπέρμ' ὑπὸ γῆς κρύπτουσα, καταφθινύθουσα δὲ τιμὰς
Ἀθανάτων· ἡ δ' αἰνὸν ἔχει χόλον, οὐδὲ θεοῖσι
Μίσγεται, ἀλλ' ἀπάνευθε θυώδεος ἔνδοθι νηοῦ
Ἧσται, Ἐλευσῖνος κραναὸν πτολίεθρον ἔχουσα.
Ὣς φάτο. μείδησεν δὲ ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς
Ὀφρύσιν, οὐδ' ἀπίθησε Διὸς βασιλῆος ἐφετμῆς.
Ἐσσυμένως δ' ἐκέλευσε δαΐφρονι Περσεφονείῃ·
Ἔρχεο, Περσεφόνη, παρὰ μητέρα κυανόπεπλον,

Ἤπιον

In-immortales finem faciat. Nam graue molitur facinus:
Vt-perdat nationes imbecillas terrigenarum hominum,
Semen ſub terra abſcondens, minuensque honores
Immortalium; horribilem vero exercet iram, neque Diis
Se immiſcet, ſed ſeorſum odoro in templo
Sedet, Eleuſinis arduam-ſaxis vrbem tenens.
Sic dixit; ſubriſit autem rex inferorum Pluto
Superciliis, neque neglexit Iouis regis mandatum.
Confeſtimque hortatus-eſt prudentem Proſerpinam:
I, Proſerpina, ad matrem caeruleo-peplo-ornatam,

Ἤπιον ἐν στήθεσσι μένος καὶ θυμὸν ἔχουσα,
Μηδέ τι δυσθύμαινε λίην περιώσιον ἄλλων.
Οὔ τοι ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικὴς ἔσσομ' ἀκοίτης,
Αὐτοκασίγνητος πατρὸς Διός. ἐνθάδ' ἰοῦσα
Δεσπόζῃς πάντων, ὁπόσα ζώει τε καὶ ἕρπει,
Τιμὰς δὲ σχήσησθα μετ' ἀθανάτοισι μεγίστας.
Τῶν δ' ἀδικησάντων τίσις ἔσσεται ἤματα πάντα,
Οἵ κεν μὴ θυσίῃσι τεὸν μένος ἱλάσκωνται,
Εὐαγέως ἔρδοντες, ἐναίσιμα δῶρα τελοῦντες.
Ὣς φάτο. γήθησεν δὲ περίφρων Περσεφόνεια,

Καρ-

-όσι Herm. conjectura.
ἔνθα δ' ἐ- -οῦσα ex emend. Ruhnkenii Herm.
δεσπόσεις Cod. Herm.
H. putat fuisse: τιμὰς δ' αἰὲν ἔχησθα.
εὖν H.

Mitem in pectore animum atque ingenium gerens;
Neque moereas grauiter ſupra-modum fruſtra.
Haud tibi inter immortales indignus ero maritus,
Germanus patris Iouis. Sed huc cum-veneris,
Domineris omnibus, quaecunque viuunt et mouentur,
Honoribus fruaris inter immortales maximis.
Improborum vero poena erit per omne tempus,
Si qui non victimis tuum animum placant,
Rite ſacra-facientes, iuſta munera perſolventes.
Sic dixit; at laetata-eſt prudens Proſerpina,

Subito-

Καρπαλίμως δ' ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος. Αὐτὰρ ὅ γ' αὐτὸς
Ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν μελιηδέα λάθρῃ,
Ἀμφὶ ἑ νωμήσας, ἵνα μὴ μένοι ἤματα πάντα
Αὖθι παρ' αἰδοίῃ Δημήτερι κυανοπέπλῳ.
Ἵππους δὲ προπάροιθεν ὑπὸ χρυσέοισιν ὄχεσφιν
Ἔντυεν ἀθανάτους πολυσημάντωρ Ἀϊδωνεύς.
Ἡ δ' ὀχέων ἐπέβη, παρὰ δὲ κρατὺς Ἀργειφόντης,
Ἡνία καὶ μάστιγα λαβὼν μετὰ χερσὶ φίλῃσι,
Σεῦε δι' ἐκ μεγάρων. τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην.
Ῥίμφα δὲ μακρὰ κέλευθα διήνυσαν· οὐδὲ θάλασσα,

ἤ H. e Ruhnkenii emendatione.

Scrib. putat ... v. sensim tribuens.

Οὔθ'

Subitoque exiluit gaudio. Verum ille ei
Mali-punici granum dedit edendum dulce clanculum,
Ad ſe tractae, ne maneret dies omnes
Illic apud venerandam Cererem caeruleo-peplo-ornatam.
Equos autem ante currui aureo
Subiunxit immortales multis-imperans Pluto.
Illa vero currum conſcendit; iuxtaque fortis Argicida,
Habenas et flagellum capiens manibus ſuis,
Agitauit ex aedibus; illique haud ſegnes volabant.
Raptimque longa itinera emenſi-ſunt: neque mare,

Neue

Οὔθ' ὕδωρ ποταμῶν, οὔτ' ἄγκεα ποιήεντα,
Ἵππων ἀθανάτων, οὔτ' ἄκριες, ἔσχεθον ὁρμήν,
Ἀλλ' ὑπὲρ αὐτάων βαθὺν ἠέρα τέμνον ἰόντες.
Στῆσε δ' ἄγων, ὅθι μίμνεν ἐϋστέφανος Δημήτηρ,
Νηοῖο προπάροιθε θυώδεος. ἡ δὲ ἰδοῦσα
Ἤϊξ' ἠΰτε μαινὰς ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλης.
η H. ex Ruhnk.
Περσεφόνη δ' ἑτέρω — — —
Μητρὸς ἑῆς κατ — — —
Ἅλτο θέειν — — — —
Τῇδε — — — — — —
Ἀ — — — — — —
— — — — — — —
Τέκνον μὴ ῥ' ἀτιμ — — —
Βρώμης. ἐξαύδ — — — —
Ὣς μὲν γάρ κε νέουσ — —

Καὶ

Digitized by Google

Neue vnda fluminum, neue conualles herboſae,
Equorum immortalium, neue iuga, tardaverunt impetum;
Sed ſuper illa profundam caliginem ſciderunt euntes.
Siſtebat vero agens, vbi morabatur pulchre-coronata Ceres,
Templum ante odorum. Sed illa vt-vidit,
Proſiluit, ſicut Baccha montis per vmbroſam ſiluam.
Proſerpina vero ex-altera-parte —
Matri ſuae obuiam — — —
Deſiluit vt-curreret — — —
Illi autem — — — — —
— — — — — — —
— — — — — — —
Nata, nihilne — — — —
Cibi? Loqu. . . — — — —
Sic enim rediens — — — —

Et

Καὶ παρ᾽ ἐμοὶ καὶ πατρὶ κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Ναιετάεις πάντεσσι τετιμένη ἀθανάτοισι.
Εἰ δὲ πτᾶσα πάλιν ἰοῦσ᾽, ὑπὸ κεύθεσι γαίης
Οἰκήσεις, ὀρέων τριτάτην μοῖραν εἰς ἐνιαυτὸν,
Τὰς δὲ δύω παρ᾽ ἐμοί τε καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Ὁππότε δ᾽ ἄνθεσι γαῖ᾽ εὐώδεσιν ἠαρινοῖσι,
Παντοδαποῖς θάλλει, τότ᾽ ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος,
Αὖτις ἄνει μέγα θαῦμα θεοῖς θνητοῖς τ᾽ ἀνθρώποις.
Καί τιν᾽ ἐξαπάτησε δόλῳ κρατερὸς Πολυδέγμων;
Τὴν δ᾽ αὖ Περσεφόνη περικαλλὴς ἀντηύδα·
Τοὶ γὰρ ἐγώ σοι, μῆτερ, [ἐρῶ νημερτέα πάντα·] Herm.
Εὖτέ μοι ἦλθ᾽ Ἑρμῆς ἐριούνιος, ἄγγελος ὠκὺς,

σι Herm. — αὖτις — δ᾽ ἐπάσω, post ...ιος, H. — ὠρέων tr. μέγαν εἰς ἐ. coni. Herm.

Post 403. lacunae signa H. viderat Ruhnk. vide responsionem Proserpinae 414.

ἀντίον ηὖδα H. — τοιγὰρ ἐ. σοι H.

Πάρ

Et mecum vna et cum patre atris-nubibus-cincto Saturnio
Habites, omnibus honorata immortalibus.
Quodſi vero guſtaſti; denuo profecta ſub profunda terrae
Deges temporum tertiam partem quouis anno,
Duas vero apud me et caeteros immortales.
Sed quando floribus terra bene-olentibus vernis
Omnigenis viret, tunc ex tenebris caligantibus
Rurſum aſcendes, ingens miraculum Diis mortalibusque hominibus.
Et quonam te decepit dolo fortis Pluto?
Huic contra Proſerpina formoſa reſpondit:
Equidem tibi, mater, dicam vera omnia.
Cum veniret Mercurius, vtilitatum-auctor, nuntius celer,

Digitized by Google

Πάρ πατέρος Κρονίδαο καὶ ἄλλων οὐρανιώνων,
δέ μ' Ἠγέμεν [ἐξ Ἐρέβευς] ἵνα μ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα
Λήξαις ἀθανάτοισι χόλου, καὶ μήνιος αἰνῆς,
Ἀντ' ἄρ' ἐγὼν ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος· αὐτὰρ ὅ [λάθρη]
Ἔμβαλέ μοι ῥοιῆς κόκκον, μελιηδέ' ἐδωδὴν,
[Ἄκουσαν δὲ βίῃ με προσηνάγκασε πάσασθαι.]
Ὡς δέ μ' ἀναρπάξας Κρονίδεω πυκινὴν διὰ μῆτιν
Ὤιχετο, πατρὸς ἐμοῖο, φέρων ὑπὸ κεύθεα γαίης,
Ἐξερέω, καὶ πάντα διΐξομαι, ὡς ἐρεείνεις·
Ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα,
Λευκίππη, Φαινώ τε, καὶ Ἠλέκτρη, καὶ Ἰάνθη,

Καὶ

A patre Saturnio et caeteris caelitibus,
Me-reducturus ex Erebo, vt me oculis videns
Finem faceres in immortales irae et vltionis ſaeuae;
Ex aduerſo ego exſilui gaudio. Ille vero clanculum
Iniecit mihi mali-punici granum, dulcem eſcam,
Inuitamque vi me coëgit guſtare.
Quomodo autem me raptam, Saturnii arcanum per conſultum
Patris mei, abſtulerit ſub profunda terrae:
Dicam, et omnia ediſſeram, vt rogas.
Nos fere omnes per amoenum pratum,
Leucippe, Phaenoque, et Electra, et Ianthe,

sic Herm. [Καὶ Μελίτη, Ἰαχή τε, Ῥοδεία τε, Καλλιρόη τε,]
Μηλόβοσίς τε, Τύχη τε, καὶ Ὠκυρόη καλυκῶπις,
Χρυσηίς τ' Ἰάνειρά τ' Ἀκάστη τ' Ἀδμήτη τε
Καὶ Ῥοδόπη, Πλουτώ τε, καὶ ἱμερόεσσα Καλυψὼ,
Καὶ Στὺξ, Οὐρανίη τε, Γαλαξαύρη τ' ἐρατεινὴ,
Herm. [Παλλάς τ' ἐγρεμάχη, καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα,]
Παίζομεν, ἠδ' ἄνθεα δρέπομεν χείρεσσ' ἐρόεντα,
Μίγδα κρόκον τ' ἀγανὸν, καὶ ἀγαλλίδας, ἠδ' ὑάκινθον,
Καὶ ῥοδέας κάλυκας, καὶ λείρια, θαῦμα ἰδέσθαι,
Νάρκισσόν θ', ὃν ἔφυσ', ὥσπερ κρόκον, εὐρεῖα χθών.

Αὐτὰρ

Digitized by Google

Atque Melite, Iacheque, Rhodiaque, Calliroeque,
Meliboſisque, Tycheque, et Ocyroe roſea,
Chryſeïsque, Ianiraque, Acaſteque, Admeteque,
Et Rhodope, Plutoque, et venuſta Calypſo,
Atque Styx, Vraniaque, Galaxauraque amanda,
Pallasque pugnam-excitans, et Diana ſagittis-gaudens,
Ludebamus, atque flores carpebamus manibus iucundos,
Miſtim crocumque mollem, et gladiolos, atque hyacinthum,
Et roſeos calyces, et lilia, mira viſu,
Et narciſſum, quem produxit praeclariſſimum lata tellus.

Αὐτὰρ ἐγὼ δρεπόμην περὶ χάρματι. γαῖα δ' ἔνερθε
Χώρησεν. τῆς δ' ἔκθορ' ἄναξ κρατερὸς Πολυδέγμων.
Βῆ δὲ φέρων ὑπὸ γαῖαν ἐν ἅρμασι χρυσείοισι
Πόλλ' ἀεκαζομένην· ἐβόησα δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ.
Ταῦτά τοι ἀχνυμένη περ ἀληθέα πάντ' ἀγορεύω.
Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσαι,
Πολλὰ μάλ' ἀλλήλων κραδίην καὶ θυμὸν ἴαινον,
Ἀμφαγαπαζόμεναι· ἀχέων δ' ἀπεπαύετο θυμός.
Γηθοσύνας δὲ δέχοντο παρ' ἀλλήλων ἔδιδόν τε.
Sic Herm. [Τῇσιν δ' ἐγγύθεν ἦλθ' Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος·

Πολλὰ

At ego carpebam mihi gaudens. Terra autem ſubter
Hiauit; et inde proſiluit rex fortis Pluto,
Abſtulitque *me* ſub terram in aureo curru,
Multa detrectantem; clamaui autem intenta voce.
Haec tibi, quanquam triſtis, vera omnia narraui.
Sic tum totum diem concordia iunctae animos,
Plurimum ſibi viciſſim mentem et animum hilarabant,
Amantiſſime ſe complectentes; et a doloribus requieuit animus;
Gaudiaque acceperunt inuicem et dederunt.
Has autem prope acceſſit Hecate tenui vitta nitida,

Πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφαγάπησε κόρην Δημήτερος ἁγνήν,
Ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα.]
Ταῖς δὲ μετ' ἄγγελον ἧκε βαρύκτυπος εὐρυόπα Ζεὺς
Ῥείην ἠΰκομον, Δημήτερα κυανόπεπλον
Ἀξέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν, ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς
Δωσέμεν, ἅ κεν ἕλοιτο μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Νεῦσε δέ οἱ κούρην ἔτεος περιτελλομένοιο
Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα,
Τὰς δὲ δύω παρὰ μητρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Ὣς ἔφατ'. οὐδ' ἀπίθησε θεὰ Διὸς ἀγγελιάων.
Ἐσσυμένως δ' ἤϊξε κατ' Οὐλύμποιο καρήνων,

Εἰς

Multumque complexa-eſt puellam Cereris caſtam,
Quod ſibi miniſtra et comes fuerat regina.
His vero nuntiam miſit graue-ſonans late-cernens Iupiter
Rheam crine-decoram, quae Cererem caeruleo-peplo-ornatam
Duceret ad nationes Deorum; et pollicitus-eſt, honores
Se-daturum, quoscunque optaret inter immortales Deos;
Annuitque ei puellam anni circumuolventis
Tertiam partem ſub tenebris caligantibus,
Duas vero apud matrem et caeteros immortales.
Sic dixit; nec recuſauit Dea Iouis mandata,
Sed repente delapſa Olympi iugis,

Εἰς δ' ἄρ' Ῥάριον ἷξε, φερέσβιον οὖθαρ ἀρούρης
Τὸ πρὶν, ἀτὰρ τότε γ' οὔτι φερέσβιον, ἀλλὰ ἕκηλον
Ἔστη καὶ πανάφυλλον· ἔκευθε δ' ἄρα κρῖ λευκὸν
Μήδεσι Δήμητρος καλλισφύρου· αὐτὰρ ἔπειτα
Μέλλεν ἄφαρ ταναοῖσι κομήσειν ἀσταχύεσσιν,
Ἦρος ἀεξομένοιο, πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι
Βρισέμεν ἀσταχύων, τὰ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δίδεσθαι.
Ἔνθ' ἐπέβη πρώτιστον ἀπ' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο.
Ἀσπασίως δ' ἴδον ἀλλήλας, κεχάρηντο δὲ θυμῷ.
Τὴν δ' ὧδε προσέειπε Ῥέη λιπαροκρήδεμνος·

Δεῦρο,

In Rharium venit, fertile vber agri
Ante, ſed tunc minime fertile; verum quietum
Iacebat, omnique-folio-orbum, et abſcondebat hordeum albicans,
Conſilio Cereris pedes-venuſtae; ſed poſtea fas erat,
Vt ſtatim alimenta longis praeberet ſpicis
Procedente aeſtate, rurisque vt pingues ſulci
Horrerent ariſtis, illaque in manipulos ligarentur.
Huc deſcendit primum ex aethere vaſto.
Et libenter ſe conſpexerunt inuicem, et laetatae-ſunt animo.
Illam vero ſic allocuta-eſt Rhea tenui-vitta-nitida:

Veni,

Δεῦρο, τέκος, καλέει σε βαρύκτυπος εὐρυόπα Ζεὺς,
Ἐλθέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν, ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς
Δωσέμεν, ἅς κε θέλησθα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Νεῦσε δέ σοι κούρην ἔτεος περιτελλομένοιο
Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα,
δὲ δύο παρὰ σοί τε καὶ ἄλλοις
— — — — — ἀθανάτοισι.
Ἀλλ' ἴθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ πείθεο, μηδέ τι λίην
Ἀζηχὲς μενέαινε κελαινεφέϊ Κρονίωνι.
Αἶψα δὲ καρπὸν ἄεξε φερέσβιον ἀνθρώποισιν.
Ὣς ἔφατ'. οὐδ' ἀπίθησεν ἐϋστέφανος Δημήτηρ·
Αἶψα δὲ καρπὸν ἀνῆκεν ἀρουράων ἐριβώλων.

Πᾶσα

Veni, nata! vocat te graue-ſonans late-cernens Iupiter,
Vt-venias ad gentes Deorum; et pollicitus-eſt honores
Se-daturum, quoscunque optares inter immortales Deos;
Annuitque tibi puellam anni circumuolventis
Tertiam partem ſub tenebris caligantibus,
Duas vero apud te et caeteros immortales.
[Ita promiſit futurum, ſuoque annuit capite.]
Quare eas, nata mea, et pareas, neque nimis
Immodice iraſcaris nubibus-atris-cincto Saturnio;
Sed ſtatim fructum augeas vitalem hominibus.
Sic dixit; neque recuſauit pulchre-coronata Ceres.
Statimque fructum produxit aruorum gleboſorum;

Et

Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν
Ἔβρισ'. Ἡ δὲ κιοῦσα θεμιστοπόλοις βασιλεῦσι
Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,
Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῷ θ', ἡγήτορι λαῶν,
Δρησμοσύνην θ' ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια καλά,
[Τριπτολέμῳ τε, Πολυξείνῳ, ἐπὶ τοῖς δὲ Διοκλεῖ.]
Σεμνά, τά γ' οὔπως ἐστὶ παρεξέμεν, οὔτε πυθέσθαι,

Οὔτ' ἀχέειν· μέγα γάρ τι θεῶν ἄχος ἰσχάνει αὐδήν.
[Ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων·
Ὃς δ' ἀτελὴς, ἱερῶν ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίην

Αἶ-

Et omnis foliisque et floribus lata tellus
Inhorruit. Sed illa abiens iura-dantibus regibus
Monſtrauit, Triptolemo, et Diocli equorum-domitori,
Eumolpoque forti, Celeoque duci populorum,
Miniſterium ſacrorum, et inſtituit orgia pulchra.
Triptolemoque, Polyxenoque, ſuper hosque Diocli.
Sancta, quae haud fas eſt negligere, neque explorare,
Neque dolere; magna enim Deorum reverentia reprimit vocem.
Felix, qui illa vidit terreſtrium hominum!
Qui autem non-initiatus ſacris neque particeps *eſt*, nunquam ſimili

Sorte

Αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ, ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι.]
Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάνθ' ὑπεθήκατο δῖα θεάων,
Βὰν ῥ' ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων.
Ἔνθα δὲ ναιετάουσι παραὶ Διῒ τερπικεραύνῳ
Σεμναί τ' αἰδοῖαί τε. Μέγ' ὄλβιος, ὅν τιν' ἐκεῖναι
Προφρονέως φίλωνται ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
Αἶψα δέ οἱ πέμπουσιν ἐφέστιον ἐς μέγα δῶμα
Πλοῦτον, ὃς ἀνθρώποις ἄφενος θνητοῖσι δίδωσιν.
[Ἀλλ' ἄγ', Ἐλευσῖνος θυοέσσης δῆμον ἔχουσαι,
Καὶ Πάρον ἀμφιρύτην, Ἄντρωνά τε πετρήεντα,

...e mutavit, quippe in generali ...ntentia. Ruhnke.

...ltimos ver[sus] ejus non esse ...ntiquos ex ...psa oratione indicat H.

Πότνια,

Sorte gaudet, mortuus quidem ſub caligine ſitu-horrida.
Sed poſtquam omnia praeceperat ſancta Dearum,
Perrexerunt ire in Olympum, Deorum ad coetum caeterorum:
Ibi autem habitant apud Iouem fulmine-laetum,
Sanctae atque venerandae. Beatiſſimus, quem illae
Benigne amant terreſtrium hominum!
Nam ſtatim huic mittunt ſemper-praeſentem in magnas aedes
Plutum, qui hominibus diuitias mortalibus largitur.
At tu, quae Eleuſinis odorae ciuitatem tenes,
Et Parum circumfluam, Antronemque ſaxoſam,

Digitized by Google

Πότνια, ἀγλαόδωρ' ὡρηφόρε, Δηοῖ ἄνασσα,
Αὐτὴ, καὶ κούρη περικαλλὴς Περσεφόνεια,
Πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θυμηρέ' ὄπαζε.
Αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς.]

Alma, ſplendida-donis, tempeſtiua-adferens, Ceres regina,
Ipſa, et filia pulcherrima Proſerpina,
Propitia pro cantu vitam iucundam praebe!
Verum ego et tui et alius memor-ero cantici.

ADNO-

ADNOTATIONES

IN

HOMERI

HYMNVM IN CEREREM.

Digitized by Google

ADNOTATIONES IN HOMERI HYMNVM IN CEREREM.

Verſ. 1. Δημήτηρ' ἠΰκομον] Vitioſe hic et infra v. 315. Cod. Moſcov. exhibet. Ceterum initium huius Hymni, quamquam leviter mutatum, extat inter Homeri Hymnos n. X.

Δήμητρ' ἠΰκομον, σεμνὴν θεὸν, ἄρχομ' ἀείδειν,
Αὐτὴν, καὶ κούρην περικαλλέα Περσεφόνειαν.
Χαῖρε, θεὰ, καὶ τήνδε σάω πόλιν· ἄρχε δ' ἀοιδῆς.

Quos verſus ab indocto aliquo Rhapſodo, qui recitabat hunc Hymnum, προοιμίου loco (cf. Schol. Pindar. Nem. II. 1.) ex huius Hymni initio conſutos eſſe, res ipſa clamat. Nam v. 3. Deam inuocat, vt certam aliquam (τήν δε) vrbem, eam nimirum, in qua recitaturus erat Ῥαψῳδὸς, tueatur; tum, vt ἀοιδὴν, h. e. *Hymni* moderetur *recitationem*. In προοιμίων numero plures equidem Hymnos Homericos reponendos eſſe cenſeo, vt H. VI. εἰς Ἀφροδίτην, cuius v. 4.

 Χαῖρε,

Digitized by Google

Χαῖρε, θεὰ, Σαλαμῖνος ἐϋκτιμένης μεδέουσα.

ſatis manifeſto declarat, in Salamine decantatum fuiſſe H. III. in Venerem, adiecto hocce prooemio. Venerem enim Salamine cultam fuiſſe, vix alicubi reperias. Ideoque reſcripſere quidam:

Χαῖρε, μάκαιρα, Κυθήρης ἐϋκτιμένης μεδέουσα.

reluctante metro et vſu loquendi Homerico. Dicitur enim τὰ Κύθηρα, nec vsquam, quantum ſciam, ἡ Κυθήρη. Extat vero haec Grammaticorum correctio in Cod. Moſc. Plures vero recitabant deinceps Hymnos Rhapſodi; vnde lucem foeneratur illa eorundem formula:

Σεῦ δ' ἐγὼ ἀρξάμενος μεταβήσομαι ἄλλον ἐς ὕμνον.

vt H. in Merc. n. XVI. qui pariter ex Homerici H. II. in Mercur. initio eſt conflatus. Sed, ne diſquiſitioni ſuper Hymnorum Homericorum auctoritate cum Hymnis aliquando emittendae falcem immittam, ἐπέχω.

Ibid. σεμνὴν θεὰν] Voſſius V. Ill. hic et infra v. 179. malit θεὸν, vti v. 292. κυδρὴν θεὸν, recte. Nam et prooemium h. H. tenet hanc ſcripturam.

v. 2. Αὐτὴν, ἠδὲ θύγατρα] Recte ita diſpeſcuit haec verba Ruhnken. V. Cel. vt αὐτὴν ad Cererem referatur. Pariter infra v. 491.

Δηοῖ

— — — — Δηοῖ ἄνασσα,
Αὐτή, καὶ κούρη περικαλλὴς Περσεφόνεια.
Eadem forma in Sophocl. Oed. Colon. 1124.
Καί σοι θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω,
Αὐτῷ τε, καὶ γῇ τῇδ'.

Ibid. ἣν 'Αϊδωνεὺς ἥρπαξεν] Heſiodeis haec fere reſpondent, monente iam Ruhnkenio, Theogon. v. 913.
Ἡ τέκε Περσεφόνην λευκώλενον, ἣν 'Αϊδωνεὺς
Ἥρπασεν ἧς παρὰ μητρὸς, ἔδωκε δὲ μητίετα Ζεύς.
Vti hic Iupiter Plutonis coniugium cum Proſerpina, ita Pelei cum Thetide ratum eſſe iubet idem apud Catull. Epithal. Pel. et Thet. v. 21.
Tum Thetidi *pater ipſe* iugandum Pelea ſenſit.

v. 4. Δήμητρος χρυσαόρου] Mirum ſane, *Cereri* h. l. epitheton adcommodari, quod alias ab Homero (e. g. Il. ε, 524. ο, 256. H. in Apoll. 256.) Apollon. Rhod. Argon. III. v. 1282. et aliis, *Apollini*, et in Orphicis (de Lapidd. v. 545.) *Perſeo* tribuitur. Ideoque Ruhnken. doctiſſimo hic locus de mendo erat ſuſpectus, corrigebatque:
Νόσφιν Δήμητρος χρυσοθρόνου ἀγλαοκάρπου.
Quam emendationem olim verſione ſua: *ſeorſum a Cerere aureo-ſolio-inſidente*, comprobabat

babat Voſſius V. 111. Eandem in textum recepit Wolfius Vir Cel. qui nuper Hymnos Homeri cum eiusdem Odyſſea et Iliade diligentiſſima cura typis exprimi curauit. Ruhnkenium ſecutus eſt etiam Santenius doctiſſimus cum Pindemontio, Italo. Neque ſane, vbi ſemel lectionem Cod. Moſc. χρυσαόρου deprauatam eſſe in animum induxeris, eſt, quod, propoſita hac correctione, cum Homero rem male actam recte queri poſſis. Nam et literarum compendia facile in fraudem inducere poterant librarios, et epith. χρυσόθρονος, quod omnino Deabus ab Homero, Pindaro, et aliis, tribuitur, *Cereri* ſatis adcommodatum videtur, quatenus eſt dea τιμιωτάτη, (nam honorem praecipuum hocce epith. Deabus dari, in vulgus notum.) cf. inſra v. 267, 8. Euripid. Phoeniſſ. 692. Callimach. H. in Cer. 122. et 138. Et ipſe olim de ſcripturae veritate addubitans, tentabam:

— — δῶκε δὲ βαρύκτυπος εὐρυόπα Ζεὺς
Νόσφιν Δήμητρος, ξυνάορον, ἀγλαοκάρπου.

hoc verborum ordine: δῶκε Ζεὺς Περσεφόνην ξυνάορον ſc. τῷ Ἀΐδῃ, νόσφιν Δ. ἀ. Sed, quamquam ξυνάορον prae χρυσοθρόνου magis ad vulgatam accedit, verborum tamen, quae ſic paulo durior exiſtit, collocatio minus placet. Enimuero, cum vix a me impetrare potuerim, vt, quod vulgatur, a librariorum captu remotius, eorundem incuriae deberi,

aut

Digitized by Google

aut forte aliqua fortuna pedem in textu fixiſſe, ſtatuerem; ſatius duxi, diſpiciendi, quo iure Homero illud adſerere liceat. Et ſane hic ipſe locus graue praebet exemplum, quam circumſpecta cura in antiquioris poetae obſcuriori aliquo loco ante, quam ipſi inuito medicinam male ſedulus pares, verſari deceat. *Cererem* hic *armatam* exhiberi, non tam mirum videbitur illi, qui deas fere omnes pariter ac deos, antiquiſſimis vtique temporibus, armis repraeſentatas fuiſſe, memoria tenet. Sic *Iunonem* ὁπλοσμίαν Elide cultam nouimus e Lycophr. 616. et 858. cf. Virgil. Aen. I. 16. 17. *Veneris* quoque ξόανον ὡπλισμένον inter antiquiſſima monumenta refert Pauſan. III. c. 23. Talem quoque Spartanis cultam teſtatur venuſtum epigr. Antipat. XXXIV. in Collect. Brunk. T. II. p. 15.

Καὶ Κύπρις Σπάρτας, οὐκ ἄστεσιν οἷά τ' ἐν ἄλλοις
Ἵδρυται, μαλακὰς ἑσσαμένα στολίδας·
Ἀλλὰ κατὰ κρατὸς μὲν ἔχει κόρυν ἀντὶ καλύπτρας
Ἀντὶ δὲ χρυσείων ἀκρεμόνων κάμακα.
Οὐ γὰρ χρὴ τευχέων εἶναι δίχα τὰν παράκοιτιν
Θρακὸς Ἐνυαλίου, καὶ Λακεδαιμονίαν.

Hinc eadem Nonno Dionyſ. XXXV. v. 175. Κορυσσαμένη audit. Cyprii eandem ἔγχειον ſ. *haſtatam* colebant, v. Heſych. h. v. Parcas χαλκέοις ῥοπάλοις μαχομένας, exhibuerat vetus poeta, quem ob oculos habuit Apol-

 lodor.

Digitized by Google

lodor. Bibl. I. VI. 2. quamuis ibi vulgetur: Μοῖραι δὲ Ἄγριον καὶ Θόωνα χαλκέοις ῥοπάλοις μαχομένους ſc. ἔκτεινον. Sed, cum Apollodorus ſupra Deorum arma, memorauerat, nec vero Gigantum, praeſtat vtique Heynii coni. μαχόμεναι cum Pal. et Dorv. Cod. offerant: μαχομένας. De Minerua res peruulgata; reconditius tamen hoc, quod πελέκει inſtructa perhibeatur. Ita enim Auctor Hymni ined. εἰς Ἀθηνᾶν v. 16.

Ἧς πέλεκυς θήρια ταμὼν προθέλυμνα κάρηνα.

vbi leg. θηρῶν τε ταμ. aut θηρῶν ἔταμεν. In antiquiſſimis vero mythis memoratur ἄορ, ἅρπη, δρέπανον, *enſis falcatus*, quo Deos incinctos narrant. De *Apolline* χρυσαόρῳ v. quae monui ad Ignarrae Emendationes, calci huius libri ſubiectas. De Θανάτῳ Euripid. Alceſt. 75. adde Sophocl. Antig. 610. Quid? quod Deas quoque ita exhibuit aetas antiquior. Sic Diana vocatur χρυσάορος in Oraculo Bacidi dato apud Herodot. VIII. 77. p. 655. ed. Weſſeling.

Ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἱερὸν ἀκτὴν
Νηυσὶ γεφυρώσωσι, καὶ εἰναλίην Κυνόσουραν.

et ipſa, in quo rei cardo vertitur, *Ceres* iuxta Lycophr. v. 153.

— — — — Ἐνναία ποτὲ
Ἔρκυνν' Ἐριννὺς, Θουρία, ξιφηφόρος

vbi Schol. Θουρία, ἡ ὁρμητικὴ, καὶ ἔνθους, διὰ

διὰ τὴν τῆς Κόρης ἁρπαγὴν, ὡς ληροῦσι. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις πολεμεῖ, καὶ ὥσπερ ξιφήρης ἀναιρεῖ ἡμᾶς. Κἂν ξιφηφόρον αὐτὴν φησὶ καλεῖν, ὅτι ἐν τῇ Βοιωτίᾳ ἵδρυται ἡ Δημήτηρ ξίφος ἔχουσα. Et ſane *Ceres cum haſta* occurrit in Vett. Siciliae numis, veluti Agrigentinorum, quos inſpicere licet apud Torremuzzam Sic. vett. num. Tab. VIII. n. 1. inprimis vero Leontinorum, iuxta eundem tab. XLI. n. 3. 4. cf. Pancratii Antiquit. Sic. V. 2. Tenemus igitur hic antiquiſſimam, qualem Boeoti colebant, Cereris imaginem, nullo inſtrumentorum ruſticorum reſpectu, quo fere illa Orpheo in Cereris Eleuſ. θυμ. v. 11. δρεπάνοις χαίρουσα θερείοις et Nonno Dionyſ. στ. p. 117. l. 6. δρεπανηφόρος audit, quamuis illam hac quoque notione iam antiquitus celebratam fuiſſe non inepte colligas ex Etymol. M. v. Δρεπάνη· ἡ Φαιακία διὰ — ἢ ὅτι τὸ δρέπανον παρὰ Ἡφαίστου Δήμητρι δοθὲν, ἵνα τοὺς Τιτᾶνας διδάξῃ θερίζειν. Ita quoque Schol. ad Apollon. IV. 984. qui inſuper addit: εἶτα αὐτὸ κρύψαι εἰς τὸ παραθαλάσσιον μέρος τῆς νήσου· προσκλυζούσης δὲ τῆς θαλάσσης, ἐξομοιωθῆναι τὴν θέσιν τῆς γῆς δρεπάνῃ, vnde hortos ſuos irrigauit Tzetzes ad Lycophr. v. 869.

v. 6. Ἄνθεά τ' αἰνυμένην — — λειμῶν' ἀν μ.] Similem Moſchi, Eid. II. 65. locum excitauit iam Ruhnkenii diligentia. Ceterum in

in hoc omnes conſpirant, Proſerpinam tum, cum flores decerperet, raptam fuiſſe. Praeter Ouid. Claudian. et alios, Clemens Alex. in λογ. προτρ. πρὸς Ἕλλ. p. 14. ed. Potter. βούλει καὶ τὰ Φερεφάττης ἀνθολόγια διηγήσομαί σοι, καὶ τὸν κάλαθον, καὶ τὴν ἁρπαγὴν, τὴν ὑπὸ Ἀϊδωνέως, καὶ τὸ σχίσμα τῆς γῆς etc. — ἠδ' ἴα καλὰ, violis conſitam fuiſſe regionem teſtatur Ariſtoteles in Mirab. Auſcult. p. 723. ed. Du Val. ἐν τῇ Σικελίᾳ τῇ καλουμένῃ Αἴτνῃ σπήλαιόν τι λέγεται εἶναι, περὶ ὃ κύκλῳ πεφυκέναι φασὶ τῶν τε ἄλλων ἀνθέων πλῆθος ἀνὰ πᾶσαν ὥραν, πολὺ δὲ μάλιστα τῶν ἴων ἀπέραντόν τινα τόπον συμπεπληρῶσθαι· ἃ τὴν σύνεγγυς χώραν εὐωδίας πληροῖ· ὥστε τοὺς κυνηγετοῦντας τῶν κυνῶν κρατουμένων ὑπὸ τῆς ὀδμῆς ἐξαδυνατεῖν τοὺς λάγως ἰχνεύειν. διὰ δὲ τούτου τοῦ χάσματος ἀσυμφανής ἐστιν ὑπόνομος, καθ' ὃν φασι τὴν ἁρπαγὴν ποιήσασθαι τὸν Πλούτωνα τῆς Κόρης. quem locum humaniter mecum communicauit Heynius, Vir inprimis mihi colendus. Cum Ariſtotele conſpirat Diodor. Sic. V. p. 331. ed. Weſſel. adde Nicand. apud Athen. XV. p. 684.

Κάλχας, σὺν δ' ὑάκινθον, ἴων δροσεράς τε γ' ἀμάλλας
Ὀρφνοτέρας, ἃς τεῦξε μετ' ἄνθεσι Περσεφόνεια.

Ita emendaui illa perquam inquinata: ἴων δάς τε χαμυλὰς et κάλχας pro χάλκας. κάλχη eſt

eſt flos purpureus, et occurrit in illo Alcmanis apud Athen. XV, p. 682. A.

Χρύσειον ὅρμον ἔχων ῥαδινὰν πετάλοισι
κάλχαν

quem ſic reſtitue:

Χρύσεον ὅρμον ἔχων, ῥαδινὰν πετάλοισί τε
κάλχαν.

Videtur nomen traxiſſe a *κόχλῳ τῆς πορφύρας*, quae *κάλχη* itidem dicta. vide Schol. Sophocl. Antig. v. 20. vnde Sophocl. et Euripides *καλχαίνειν* dixere pro *πορφύρειν* (Homer. Il. Φ, 551.) *deliberare, meditari.*

v. 7. *λειμῶν' ἂν μ.*] Sic bene Ruhnken. correxit lectionem deprauatam Cod. Moſc. *λειμῶνα μ.* Vide, an eandem particulam reddas Theocr. in Hyla v. 66.

— — — *ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν*
Ἂν ῥία καὶ δρυμώς.

h. e. *ἀλώμενος ἂν ῥ.* pro *ὤρεα*. De partic. *ἂν* vid. Koen. ad Gregor. de Dial. p. 116. Niſi in Theocrito *μογεῖν* explices *μόγις, σὺν μόχθῳ διέρχεσθαι ὄρη*, aut potius reſcribas: *ἐπέρησεν.*

v. 8. *Νάρκισσόν θ' ὃν φύσε δόλον*] Hunc et v. ſeq. expreſſiſſe videtur Coluthus de R. H. v. 240.

Γαῖα δὲ δακρύσαντι χαρισσαμένη βασιλῆϊ
Ἄνθος ἀνηέξησε, παραίφασιν Ἀπόλλωνος.

καλικώπιδι vitioſe Cod. *ὃν φύσε δόλον.* Claudian. R. P. II. 265.

O male

O male dilecti flores, deſpectaque matris
Conſilia: o Veneris deprenſae ſerius artes.

Proſerpinam Narciſſi colligendi inprimis ſtudioſam exhibuerat iam Pamphus, teſte Pauſan. Boeot. 31. *κούρην τὴν Δήμητρος ἁρπασθῆναι παίζουσαν, καὶ ἄνθη συλλέγουσαν· ἁρπασθῆναι δὲ οὐκ ἴοις ἀπατηθεῖσαν, ἀλλὰ ναρκίσσοις.* Nimirum narciſſus ipſi ſacer erat. Sophoclis locum Oed. Col. v. 673. vbi flos iſte *μεγάλαιν θεαῖν στεφάνωμα* dicitur, excitauit iam Ruhnken. V. Cl. Sophoclis locum reſpexit Plutarch. III. *Συμποσ.* c. 1. *Καὶ τὸν νάρκισσον ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις, διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα (τουτέστι τῶν χθονίων) προσηγόρευκε.* quem exſcripſit Clemens Alex. in Paedagog. p. 213. Euſtath. ad Il. 1. p. 174. *Νάρκισσος, Ἐριννῦσι στεφάνωμα. Νάρκισσος γὰρ ἐκ τοῦ ναρκᾶν παρηχεῖται, καὶ τοῦ ναρκᾶν Ἐριννύες τοῖς κακούργοις παραίτιοι.* Vnde patet, veteres de Eumenidibus in Sophocle cogitaſſe. Vel ſic tamen cum Arnaldo in D. de Diis *παρεδρ.* c. XXII. p. 147. Cererem et Proſerpinam intellexerim, auctoritate Pauſaniae VIII. 31. *Περίβολον θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων· αἱ δέ εἰσιν αἱ μεγάλαι θεαὶ Δημήτηρ καὶ Κόρη.* Easdem has Deas *σεμνὰς θεὰς κατ᾽ ἐξοχὴν* Philemonem Comicum appellaſſe, ſuſpicari licet e Schol. Ariſtoph. *Θεσμοφορ.* v. 231. vid. omnino Spanhem. ad Callimachi H. in Cer. v. 122. Miram vero eamque *μυστικωτάτην*

τάτην Florilegii huius interpretationem pete, ſi lubet, ab Eſchenbachio in Epigene p. 13.

v. 9. Πολυδέκτῃ] Πολυδέκτης et πολυδέγμων de Plutone fruſtra alibi quaeras, niſi cum Ruhnken. eruditiſſimo, Orpheo H. in Plut. 11. adſerere velis, legendo:

Ὃς κρατέεις θνητῶν, θανάτου χάριν, ὦ πολυδέγμων

pro πολυδαῖμον, quo tamen poeta magnam numinis potentiam innuere videtur, et defendas ſimili πολυπότνιος e. g. Orph. H. in Cer. v. 16. Apollon. Rhod. I. 1125. et 1151. et aliis. Hinc Ἀΐδης Sophocli dictus πολύκοινος et λίμνη Inferorum πάγκοινος, Electr. 137. Ἀΐδαο αὐλὴν πάνδοκον dixit Nonnus Dionyſ. p. 516. l. 7. vti Charontis θεωρίδα πάνδοκον Aeſchyl. in Ἑπτ. ἐ. Θηβ. v. 862. Eadem ratione Apenninus Lycophr. v. 700. λόφος dictus πολυδέγμων, et ἀκτὴ Euripid. Hippol. v. 1173. κυμοδέγμων.

v. 10. σέβας τότε πᾶσιν ἰδ.] τότε, nimirum, cum Terra, Ioui gratificata, Narciſſum *praeter ſolitum* mira pulchritudine adornaſſet. Locum igitur ſuum tuetur illud τότε contra Wyttenbach. eximiae eruditionis Virum, qui malebat: σέβας δέ τε πᾶσ. adplaudentibus Ruhnk. et Wolf. Ceterum de phantaſmate, quo Deos Narciſſum admirantes inducit poeta vid. *Lectt. Catull.* p. 9-12. adde Theocrit. Eid. I. v. 126.

αἰπύ

— — — — αἰπύ τε σῶμα
Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν.

de monumento eximii operis.

v. 12. Τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης] Forma prorſus Homerica. vid. Ruhnk. ad h. l. adde Heſiod. Scut. v. 147. Pro ἀπὸ ῥίζης vitioſe Cod. ἀποῤῥίζης. — ἑκατὸν κάρα ἐ. Hinc Virgilio *Narciſſus* dictus *comans* Georg. IV. v. 122. vbi vid. Martin. adde Bodaeum ad Theophr. H. P. p. 657.

v. 13. Κῶδις τ'.] Sic Cod. Moſc. Ruhnkenius quidem huic loco male adfecto mederi conabatur legebatque:

Κηώδει δ' ὀδμῇ πᾶς τ' οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε

idque calculo ſuo adprobabat Brunk. doctiſſimus, laudans ita h. l. ad Apollon. Rhod. IV. 1171. Eandem coniecturam textui intulit Wolf. et Pindemontius, quam et ipſe, fateor, olim pro germana ſcriptura amplexus ſum. Scrupulum tamen mihi dudum iniecerat hoc, quod hae correctiones nimis a vulgata recederent, et, quod inferebatur, nihil reconditum ſaperet, in quo librarii labi facile potuiſſent; quae quidem, ſedulo perpenſa, fidem, quam Ruhnkenii auctoritati, tantorumque Virorum adſenſui lubens dederam, minuere, tandemque, reperta alia, eaque, ὡς ἐμοίγε, magis probabili lectione, delere coeperunt. Legendum nimirum κωδείας τ'. hoc v. ordine:

ἄνθεά

ἄνθεά τ' αἰνυμένην — νάρκισσόν θ' — Κωδείας τ'. Κώδεια eſt vox Homerica, (Il. ξ. 499.) eſtque, ſecundum Euſtath. Heſych. et Etymol. M. ἡ τῆς μήκωνος κεφαλὴ, *caput papaueris*. v. Bodae. ad Theophr. H. P. IX. p. 1098. et IV. p. 439. Intpp. ad Heſych. Steph. in Ind. ad Th. L. G. et Seber. ad Polluc. Onom. II. 4. 38. Satis vero peruulgatum eſt, Cereri papauer ſacrum fuiſſe, quippe plantam ναρκώδη. Vt vnico ſaltem loco defungar, Ceres Theocrito exhibetur Eid. X. 156.

Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα

qualis ſaepiſſime in Monumm. antiqq. obuia. v. e. g. Monum. Matthaeiana T. I. tab. 27. 28. Plura collegit Spanhem. ad Callim. H. in Cer. v. 45. Magnus ideo in Cereris myſteriis huius floris vſus fuerit, neceſſe eſt. v. Clem. Alex. Coh. ad Gent. p. 19. Bene igitur poeta mentionem iniecit papaueris, quod cum roſis, narciſſo, aliisque floribus decerptum Virgilius quoque, poſt Theocrit. XI. 57., cum florum farragine calatho inſeruit, loco adpoſitiſſimo, Ecl. II. 45 ſſ.

— — — tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphae calathis, tibi candida Nais
Pallentes violas, et *ſumma papauera* carpens
Narciſſum, et florem iungit bene olentis anethi.

H Habes

Habes hic eosdem fere flores collectos, inque iis *ſumma papauera*, quae plane reſpondent ταῖς κωδείαις in noſtro loco. Propertius I. 20. 37.

Et circumriguo ſurgebant lilia prato
  Candida *purpureis* mixta *papaueribus.*

Catull. in Priap. v. 10.

Florido mihi ponitur picta vere corolla.
Primitu, et tenera virens ſpica mollis *ariſta:*
Luteae *violae* mihi, luteumque *papauer.*

Callimachus quoque papauer floribus intermiſcet in fr. ſeruato ab Etymol. M. v. γέγειος (in Bentlei. CCLII.)

— — ἤχι γέγεια
"Ανθεα, μάκωνές τε.

ſic ſcr. pro μήκωνός τε. Ceterum Etymol. M. poſt κώδεια· ἡ τῆς μήκωνος κεφαλὴ, addit ἢ εἶδος βοτάνης, ἀπὸ τοῦ τοὺς γευομένους αὐτῆς κωματώδεις φιλεῖν ποιεῖν. κῶμα δὲ ὁ ὕπνος. tanquam alia inſuper planta ita adpellata fuerit, quam ſic e rerum natura tolles: K. ἡ τ. μ. κεφαλὴ, ἢ (μήκων) ἐστιν εἶδος βοτάνης etc. nam, quae ſubiunguntur, papaueri propria ſunt.

v. 14. γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε] Cum verbis conſpirat Nonnus Dionyſ. XXXVIII. p. 990. l. 11. Heſiod. Theog. 40. et Catull. Epithal. Pel. v. 281. excitauit iam Ruhnken. γελᾶν nimirum eſt proprie *nitere*. v. Lennep. ad Epiſtt. Phalarid. p. 308. tum omnino *adſpectu*

eſſe

eſſe hilari. Poetarum loca congeſſere Brunk. ad Apollon. Rhod, IV. 1171. Rittershuſ. ad Oppian. p. 200. et Iungermann. ad Iul. Polluc. Onom. VI. 201. In recentioribus Poetis eandem imaginem exhibuit *Milton.* Parad. loſt. L. IV.

— oft at ſea, North-eaſt winds blow
Sabaean odour, from the ſpicy ſhore
Of Araby the Bleſt — — —
— — — and many a league
Chear'd with the gratefull ſmell, old Ocean ſmiles.

excitatus iam in *Monthly Review* Vol. LXIII. p. 485.

v. 15. 16. *θαμβήσασ' ὠρ. κ. ἄθυρμα λαβεῖν*] Cod. Moſc. *θαμβήσασα ὠρ.* Flores a Proſerpina collectos poeta vocat *καλὸν ἄθυρμα*, quatenus illis dea *oblectabatur.* Sic *teſtudinem* Homer. H. in Merc. 40. et 52. vocat *ἐρατεινὸν ἄθυρμα*, et *ſphaeram*, quacum Iupiter, puer adhuc, ludebat, Apollon. Rh. III. 131. Eandem, cum aliis ludicris Clem. Alex. p. 15. ed. Pott. *παιδαριώδη ἀθύρματα.* De *κοκκύγι*, Iunonis ludicro, Pauſan. Corinth. p. 148. Suauiter quoque de *Iynge* Auctor Epigr. CXIII. in Anal. Brunk. III. p. 173. cf. omnino Hemſterhuſ. ad Lucian. T. I. p. 291. Valkenaer. ad Euripid. in Diatr. p. 289. E. et Lennep. in Lectt. ad Coluth. I. c. IV. p. 19. Ἄθυρμα Latinis eſt *Ludicrum.* Catulli locum LX. 21.

Digitized by Google

Floridis velut enitens
Myrtus Aſia ramulis
Quos Hamadryades Deae
Ludicrum ſibi roſcido
Nutriunt humore.

enotarunt iam Lennep. l. l. et Ruhnken. ad h. l. Neuter tamen vidit, Catullum ſua depromſiſſe ex Ariſtophanis Auu. v. 1099.

Ἠρινά τε βοσκόμεθα παρθένια
Λευκότροφα μύρτα, Χαρί-
Των τε κηπεύματα.

v. 19. ἐπὶ χρυσέοισιν ὄχοισιν] Conſtanter Auctor huius Hymni Plutoni tribuit χρυσέους ὄχους v. 431. ἅρμα χρύσειον et v. 375. χρυσ. ὄχ. Pindarus quoque Plutonem indigitauerat χρυσήνιον, δῆλα, ὡς ἐπὶ τῇ τῆς Κόρης ἁρπαγῇ, vti rem bene expedit Pauſan. Boeot. XXIII. p. 755. Ouidius contra (Met. V. 404.) *habenas* Plutonis *ferrugine obſcura tinctas* adpellat.

v. 20. ὄρθια φωνῇ] Vitioſe Cod. Moſcov. ὀρθίᾳ φωνῇ, quod bene correxit Ruhnken. duce Il. Λ. 11. adde Pindar. Nem. I. 142. ὄρθιον φώνασε. De Ἠχῶ Aeſchyl. Perſ. v. 389.

— — ὄρθιον δ' ἅμα
Ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας
Ἠχώ.

et Nonnus Dionyſ. VII. 40.

Ἑπτατόπου φόρμιγγος ἀράσσεται ὄρθιος Ἠχώ.

Heſych. ὄρθιον· ἀνατεταμένον, ὑψηλόν.

v. 21.

v. 21. ὕπατον καὶ ἄριστον] Homer. H. in Iov. I.

Ζῆνα, θεῶν τὸν ἄριστον ἀείσομαι, ἠδὲ μέγιστον.

v. 23. οὐδ' ἀγλαόκαρποι ἑταῖραι] Lectionem, quam Cod. Moſcov. offert, οὐδ' ἀγλαόκαρποι ἐλαῖαι, in mendo cubare, hoc quidem, praeter Ignarram et Rob. Lucam, vno ore fatentur Viri Docti, de medela tamen illi adhibenda in diuerſa abeunt. Ruhnken. τῷ ἐλαῖαι ſubſtituebat ἑταῖραι, quod quidem Virorum, qui in his litteris primas tenent, adſenſum tulit. Non item alterum, ἀγλαόμορφοι, quod ſane τῷ ἑταῖραι adcommodatius videtur. Admiſit tamen Wolf. V. Cl. Illud quidem, quo minus ſtatim amplecterer, aliquamdiu me tenuit hoc, quod mihi cummaxime mirum videbatur, nymphas a poeta, tanquam quae Proſerpinae clamorem, quo (v. 38.)

Ἤχησαν δ' ὀρέων κορυφαὶ καὶ βένθεα πόντου,

non inaudiuerint, induci potuiſſe. Haec, aut ſimilia impulere Schützium, magnum Aeſchyli Interpretem, vt de emendandi modo ampliandum cenſeret, reponeretque: οὐδ' ἀγλαόκαρπος Ἁλωάς. Quam coniecturam publici iuris fecit, et calculo ſuo adprobauit Villoiſonus, Galliae decus, in Epiſtt. Vinarr. p. 62. et in *De Sainte-Croix* Recherch. ſur les Myſter. p. 527. Eandem magnis laudibus

 extulit

extulit Pindemont. in Praefat. p. XII. ipſique adeo textui intulit. Δήμητρα ἀλωάδα ſane exhibet Theocrit. Eid. ζ. v. 155, ἀλωαίαν Orph. H. in eandem v. 5. Δηὼ ἀλώϊον Nonnus Λ. p. 504. l. 14. Et ipſe olim cognomen Cereris hic excidiſſe opinabar, ſuccurrebatque, οὐδ' ἀγλαόκαρπος 'Αμαῖα, de qua vide Spanhem. ad Callim. H. Cer. v. 138. vel: οὐδ' ἀγλαόκαρπος 'Ελευθώ. Heſych. v. 'Επιλυσαμένη· 'Ελευθὼ — καὶ ἐπώνυμον Δήμητρος, παρὰ Ταραντίνοις καὶ Συρακουσίοις. Occurrit etiam apud Nonn. p. 471. l. 12. Alio tempore reponendum cenſebam: οὐδ' ἀγλαόκαρποι ἀλωαὶ, vt poeta, Proſerpinae clamorem ad ἀλωὰς, vbi Ceres verſabatur, adeoque ad ipſam Cererem non penetraſſe innuat. Sed hoc forſan paulo durius, et, quum v. 39. filiae clamorem audiſſe dicatur, de Cerere h. l. vix cogitare licet. Niſi rem ſic expedias: Cererem filiae clamorem tum demum percepiſſe, cum Pluto regiones ipſi vicinas curru contingeret. Quo tamen non indigeas, ſi Ruhnkenii coniecturam, quippe quae magis ad corruptam Cod. ſcripturam accedat, nec omnino carminis oeconomiae aduerſetur, (nam et Claudiano Nymphae in diuerſas ſtatim partes diffugiſſe narrantur, R. P. II. 204.) amplectaris, retento tamen altero ἀγλαόκαρποι. Quae vox, cum rariori, librariisque incognita ſignificatione eſſet h. l. poſita, committendi ipſis anſam dedit flagitii, vtque adeo ſubſtantiuum virtuti peruulgatae τοῦ ἀγλαόκαρ-

πoι,

κοι, quam, *egregium fructum habentes* eſſe norant, adcommodarent. Ἑταῖραι ἀγλαόκαρποι dicuntur, *quae pulchras manus habent*, adeoque omnino *pulchrae*, quod iam vidit doctus Anglus, *Rich. Hole*, qui eleganter vertit:

Her will complaint nor god nor mortals hears!
Nor to the *white-arm'd nymphs* with beauty crown'd,
Her lov'd *companions*, reach'd the mournful ſound.

Eadem notione Pindarus Thetidem vocat, (Nem. III. 97.)

— — ἀγλαόκαρπον
Νηρέως θύγατρα.

licet Ruhnkenius Thetidem *ob partum Achillis* multis exemplis, vbi καρπὸς de *liberis* adhibeatur, ſic vocari adferere conetur: id quod a Magno illo Viro factum vtique nollem. Nam, quantum inde ornatui poetico detrahatur Pindaro, in aprico eſt videre, et, ſi rem paulo ſeuerius expendas, contra analogiae omnino rationes eſſe videtur. Quamuis enim καρπὸς, στάχυς et ſim. de *liberis* recte dici poſſint, et ſexcenties dicantur poetis; non tamen inde ſequitur, ἀγλαόκαρπος de *matre* dici, quae *praeſtantes liberos* procreet, imo vero ἀγλαόκαρπος eſt is, qui ipſe inſigni forma eſt praeditus, adeoque pulcher. Nihil amplius. Sic Euripid. Oreſt. 961.

— — — ἁ κατὰ χθονὸς
Νερτέρων Περσέφασσα, καλλίπαις θεά.

vbi peſſime Schol. ἀπὸ δὲ ταύτης καὶ τὴν μητέρα (ſcr. Δήμητρα, nam ſequitur ſtatim: ἡ γὰρ Περσέφασσα, θ υ γ ά τ η ρ τ α ύ τ η ς.) βούλεται δηλοῦν. πῶς γὰρ ἡ παῖς καλλίπαις. ἡ γὰρ Περσέφασσα θυγάτηρ ταύτης. Errorem Scholiaſtae notauit iam Muſgrauius, eximius Euripidis ſoſpitator, cuius notam lubentiſſime huc transfero: „καλλίπαις eſt ſimpliciter *pulchra*, altera parte compoſiti nihil ad „ſenſum conferente, ſed vſum ſolummodo „vocis intra certam aetatem conditionemque „reſtringente.“ Quae quidem ſemper animo obuerſari debent illi, qui cum ſenſu aliquo pulchri Tragicos, inprimisque Pindarum pertractandum ſibi ſumit. Idem Vir laudat deinde Euripid. Phoeniſſ. 1661. vbi εὔτεκνος ξυνωρὶς pariter eſt *filiorum generoſorum par.* Alceſt. 927. Iphig. in Taur. 1242. et Herc. fur. 691. Nonno quoque XIII. p. 235. l. 22. Δηὼ dicitur ἀγλαόπαις. Quacunque vero de cauſa, ſiue a parte corporis, nempe manibus, ſiue a procreatione Nymphas illas ἀγλαοκάρπους dictas accipias, eodem fere recidere videtur. Prior tamen ratio magis Homerica, qua ἀγλαόκαρπος dicatur, fere vt λευκώλενος, εὔσφυρος, καλλίσφυρος, ῥοδοδάκτυλος et ſim. Sic Ἀσάφειαν e contrario μελάγκαρπον dixit Empedocles apud Plutarch. (in Steph. Poeſi philoſoph. p. 25.)

Ἐνθ᾽

Digitized by Google

Ἔνϑ' ἦσαν Χϑονίη τε καὶ Ἡλιόπη ταναῶ-
πις
Δῆρις ϑ' αἱματόεσσα, καὶ Ἁρμονίη ἱμερῶ-
πις
Καλλιστώ τ' Αἰσχρή τε Θόωσα τε Δειναίη
τε
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπος τ' Ἀ-
σάφεια.

Ἀσάφεια μελάγκαρπος eſt *foeda adſpectu.* Aliam prorſus rationem iniit h. l. *Schneiderus* V. Cel. cuius opiniones hic ſubiungere lubet. Ita vero ille: „Facile eſt perſpicere, nihil ad „rem oleas facere, ſed medicina paulo diffi- „cilior, quam putaſſe videntur Interpretes. „Planam eam et leuem reperiſſe mihi videor; „poſt verſum hunc (v. 21.) inſerendi ſunt „verſus 38. et 39.

Ἤχησαν δ' ὀρέων κορυφαὶ καὶ βένϑεα πόν-
του
Φωνῇ ὑπ' ἀϑανάτῃ·

„Deinceps verſus ita continuandus:

ἠδ' ἀγλαόκαρποι ἀλωαί.

„Ita enim lego, leuiſſima mutatione facta, vt „valles arboribus conſitae montibus opponan- „tur. Porro decurrunt verſus ſic:

Οὐ δέ τις ἀϑανάτων, οὐ δὲ ϑνητῶν ἀνϑρώ-
πων
Ἤκουσεν φωνῆς·

„His autem aut adiungendum erit hemiſti- „chium:

οὐδ' ἔκλυε πότνια μήτηρ

„poſtea ſequentibus verſibus 24. vsque ad 37. „aut lacuna poſt ἤκουσεν Φωνῆς ſtatuenda erit; „aliaque iterum poſt verſum 37. Sed prio„rem opinionem potiorem exiſtimo, quod di„ſerte ait Poëta, praeter Hecaten Apollinem„que vocem clamantis puellae nulli morta„lium exauditam fuiſſe. Igitur ſeries narra„tionis in ea parte, quae intercidit, vertiſſe „videtur in aliquo indicio matri facto, quae „tam ſubito proruit ad filiam inquirendam: „ὀξὺ δέ μιν ἄχος etc. Quod vero inprimis „tranſpoſitionem verſuum 37 et 38. a me fa„ctam approbabit eruditis, vix explicatione „indigere videbatur; nihilominus tamen ab „Interpretibus adhuc non animaduerſum eſt, „illos ſcilicet verſus illo loco, vbi nunc le„guntur, plane alieno intruſos eſſe, et a to„ta ſerie orationis et narrationis plane abhor„rere.“ Meo quidem ſenſu vv. 38. 39. optime ſuum locum tuentur. Proſerpinam enim clamorem, dum in ſuperis oris verſabatur, continuaſſe, e tota narrationis ſerie manifeſtum fit. Hinc ſpem alebat, fore, vt, illo audito, mater ipſi ſuppetias latura eſſet, v. 33-37. Acceſſere tandem iſtae eiulationes ad aures matris: τῆς δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ, cet. Nullum quoque indicium matri factum intercidiſſe vel inde veroſimile fit, quod praeter Hecaten et Solem nemini de raptu conſtabat. Atqui horum indicia, ſuo quodque loco, a poeta enarrantur.

v. 24.

v. 24. 25. Περσαίου θυγάτηρ — ἄϊεν ἐξ ἄντρου Ἑκάτη] Pater Hecatae nunc Περσαῖος, nunc Πέρσης poetis audit. v. Ruhnken. ad h. l. — ἐξ ἄντρου. Vide an praeſtet legendum:

Ἄϊεν ἐξανόρουσ' Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος.

Hecate Proſerpinae clamore *ſede ſua excita*. Claudian. R. P. I. v. 15.

Ecce procul ternas Hecate variata figuras
Exoritur,

nulla loci, vnde exoriebatur, mentione iniecta. Nec obſtat narrationis ſeriei, quod Hecate v. 52. inueſtigandae Cereris gratia diſcurrens deſcribatur; imo, ſi quid video, hanc emendationem egregie ſuffulcit. Nam v. 52. Hecate occurrit Cereri, idque decimo demum die, adeoque poetae, vt narrationis ordo ſibi conſtaret, in antecedentibus proſpiciendum fuerat, vtque adeo Hecatae inueſtigandi gratia egreſſae mentionem faceret. ἐξ ἄντρου a poeta profectum eſſe, eo minus mihi probabile videtur, quod poetam ipſum antri nomen ponere decuiſſet. Antri vero, quod Hecate inhabitauerit, nuſpiam Homero facta mentio. Zerynthum in Samothrace tribuit illi Lycophr. v. 77. monente iam Ruhnk. — Ab aliis quoque, qui carminibus pertractarunt hanc fabulam, Hecatae easdem fere partes fuiſſe datas, recte colligas e Schol. Theocrit. II. 12. Τῇ Δήμητρι μιχθεὶς ὁ Ζεὺς τεκνοῖ Ἑκάτην, διαφέρουσαν ἰσχύϊ καὶ μεγέθει. ἣν ὑπὸ γῆν πεμφθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς, πρὸς Περσεφόνης ἀναζήτησιν.

v. 26.

v. 26. Cod. Moſc. hunc verſum ita exhibet:
Ἠέλιός τ' ἄναξ, Ὑπερήονος ἀγλαὸς υἱός
male.

v. 28. πολυλλίστῳ ἐνὶ νηῷ] Bene ſic correxit Ruhnkenius, duce H. in Apoll. v. 347.

Ἀλλ' ἥγ' ἐν νηοῖσι πολυλλίστοισι μένουσα
Τέρπετο οἷς ἱεροῖσι βοῶπις πότνια Ἥρη.

vbi Cod. Moſc. pari calami errore: πολυκλίστοισι, vti hic πολυκλίστῳ, quod vitium retinuit Pindemont.

v. 37. Τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε μέγαν νόον ἀχνυμένης περ.

Vide quaeſo antecedentia:

Ὄφρα μὲν οὖν γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
Λεῦσσε θεὰ, καὶ πόντον ἀγάῤῥοον, ἰχθυόεντα,
Αὐγάς τ' ἠελίου, ἔτι δ' ἤλπετο μητέρα κεδνὴν
Ὄψεσθαι, καὶ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων.

In quibus ſententiam plane abſolutam eſſe, quiuis paulo attentior facile animaduertet. Nam apodoſis incipit a verbis:

— — — ἔτι δ' ἤλπετο μητέρα κεδνὴν
Ὄψεσθαι, καὶ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων.

Alteram, quae v. 37. conſtituit, effictam puta ab iis, qui, quo erant ſtupore, particulam ΔΕ ſaepius apud Homerum (e. g. Il. P. 155. Od. Δ. 212. vbi δὲ ref. ad ἔπει, v. 204.) ἀποδόσει forman-

formandae inſeruire prorſus ignorarent. Ruhnken. quidem V. Cel. interpretatione huic loco ſuccurrere ſatis habens, prius ἤλπετο interpretabatur, *putabat*, *cogitabat*, ne frigeret, quod ſequitur: Τόφρα etc. a qua tamen mihi recedere liceat. Ἐλπίδα quidem et ἔλπεσθαι ſaepius hac virtute, quae, vt mihi quidem videtur, horum vocab. eſt primaria, poni, nemo facile, Graece doctus, negauerit: verba quoque, vel eadem, vel inuicem cognata, exiguo admodum interuallo repeti poetis, lubens conceſſerim. Exemplorum farraginem conſtipauit Schraderi diligentia in Animadu. ad Muſaeum p. 323. Enimuero, an voces ſibimet cognatae, diuerſo ſignificatu repetitae in poetis reperiantur, de hoc equidem dubito. Quod ſi largiri nefas ſit, frigent vel ſic quoque, et moleſte retardant legentis animum illa otioſe repetita:

Τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε μέγαν νόον ἀχνυμένης περ.

Ne illud tangam, quod epithet. μέγαν nullam vim habeat. Cui quidem rei facile medearis, ſi legas μέγα, quod, aduerbialiter poſitum, vel ad ἔθελγε, vel, quod malim, ad ἀχνυμένης referendum. Poſſis quoque: ἐλπὶς ἔθελγε μέγαν γόον. μέγαν γόον habes infra v. 82. Neque vero quicquam auxilii petere licet huic loco ex Od. Υ. v. 328. parum apto. Melius igitur reliquis conſultum iri reor, ſi hunc verſum, tanquam ab indocta manu, quae vim τοῦ ΔΕ apodoſeos formandae non adſequebatur,

tur, inculcatum, vncinis compeſcas, diſtinctione ante ἔτι δ' ἠ. facta.

v. 38. καὶ βένθεα πόντου] Nam per mare currum egiſſe Plutonem in hoc plures conſpirant. Orph. Argon. 1192.

Αὐτὰρ ἔπειθ' ὥς μιν Πλουτεὺς, κυανότριχας ἵππους
Ζευξάμενος, κούρην ἐπεβήσατο, δαίμονος αἴσῃ (Iouis voluntate.)
Ἁρπάξας δ' ἔφερεν διὰ κύματος ἀτρυγέτοιο

Idem H. XVII. 12.

— ἁγνοπόλου Δημήτερος ὅς ποτε παῖδα
Νυμφεύσας λειμῶνος ἀποσπαδίην διὰ πόντου
Τετρώροις ἵπποισιν ὑπ' Ἀτθίδος ἤγαγες ἄντρον.

v. 40-42. ἄχος ἔλλαβεν] Hinc Cererem ἀχαίαν dictam volunt Heſych. h. v. et Schol. Nicandri Theriac. v. 485. Male. Ceres Ἀχαιὰ eſt eadem, quae Pauſaniae Achaic. c. XXIV. παναχαιᾶς nomine venit. Ceterum totum hunc locum ſublegiſſe videtur Nonnus Dionyſ. l. VI. v. 4. de eadem Dea:

Ἔνθα σέλας ῥοδέοιο διαλλάξασα προσώπου
Ἄλγεσι κυμαίνοντα νόον μαστίζετο Δηώ.
Καὶ κεφαλῆς γονόεσσαν ἀπεσφήκωσε καλύπτρην
Αὐχενίης λύσασα καθειμένα βόστρυχα χαίτης,
Παιδὶ περιφρίσσουσα.

Colu-

Coluthus de Caſſandra v. 382.

Πυκνὰ δ' ἔτιλλε κόμην, χρυσέην δ' ἔῤῥηξε καλύπτρην

Caue ibi mutes ἔῤῥηξε in ἔῤῥιψε. Nam ἔῤῥηξε reſpondet noſtro δαΐζετο. Preſſius tamen Noſtrum ſecutus videri poteſt Catull. LXIII. v. 63. de Ariadna:

Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram,
Non contecta leui velatum pectus amictu,
Non tereti ſtrophio luctantes vincta papillas.

Nec abhorret ſuauiſſima Phaedrae oratio apud Euripid. Hippol. 201.

Βαρύ μοι κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχειν,
Ἄφελ' ἀμπέτασον βόστρυχον.

Ceres ſolutis capillis occurrit apud Gorium, Muſ. Etruſc. tab. 48. Ceterum in Cod. Moſc. videtur prius obtinuiſſe: χερὶ Φίλη, correctum iam ab eadem librarii manu.

v. 43. ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν]. Homer. Il. ξ. 308. enotauit iam Ruhnken. Plura exempla huius locutionis congeſſit Arnald. Lectt. Graec. II. c. VII. p. 178. ſ.

v. 45. οὔτις ἐτήτυμα μυθήσασθαι ἤθελεν] Lenzius Cl. malit vertere: nemo ipſi vera dicere *ſuſtinuit, auſus eſt*, veritus nempe iram Iouis. Hac ſane notione occurrit Od. γ. 121. et firmare videtur Claudian. R. P. III. 55. ſſ.

v. 46. Hunc verſum concinniorem reddere ſtudebat Brunk. doctiſſimus hunc in modum:

Οὔτε τις οἰωνῶν οἱ ἐτήτυμος ἄγγελος ἦλθεν.

conci-

concinentibus Valkenar. τῷ πάνυ, Ruhnken. et Wolf. Quae tamen correctio mihi neutiquam neceſſaria videtur. De οἰωνῷ h. l. *aui augurali* v. Ruhnken. adde Homer. Il. Ω. 310.

Πέμψον δ' οἰωνὸν, ταχὺν ἄγγελον, ὅστε σοι αὐτῷ
Φίλτατος οἰωνῶν, καὶ οὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον.

Apollon. Rhod. III. 1111.

— ἔλθοι δ' ἢ μὲν ἀπόπροθεν ἠέ τις ὄσσα
Ἠέ τις ἄγγελος ὄρνις, ὅτ' ἐκλελάθοιο ἐμεῖο.

Sic Anton. Liberal. c. XV. fin. νυκτικόρακα vocat κακάγγελον. Mox v. 47. vitioſe Cod. κατὰ χθόνια, et v. 48. στροφᾶτ'.

v. 49. 50. ἡδυπότοιο πάσσατ'] ἡδυπότοιο eſt ex emendatione Ruhnkeniana. Codex tenet ἤδε πότοιο. Pro πᾶσα τ' ἀ. legendum conieceram: ἄσατ' ἀκηχ. Homer. Il. T. loco valde gemino, v. 306.

Μή με πρὶν σίτοιο κελεύετε, μηδὲ ποτῆτος
Ἄσασθαι φίλον ἦτορ, ἐπεὶ μ' ἄχος αἰνὸν ἱκάνει.

Odyſſ. I. v. 353.

— — — ἥσατο δ' αἰνῶς
Ἡδὺ πότον πίνων.

Apollon. Lex. Homeric. T. I. p. 404. ἥσατο· ἥσθη. Etymol. M. v. Ἄσασθαι·
Ἄσασθαι φίλον ἦτορ ἐδήτυος ἠδὲ ποτῆτος τὸ κορεσθῆναι. et paulo poſt: ἥσασθαι, καὶ τροπῇ τοῦ Η εἰς Α ἄσασθαι. Ruhnkenii tamen coniecturam vel ſic praeferendam arbitror,

tror, codicis quippe ſcripturae propiorem. De v. πάσασθαι vide Valkenar. ad Ammon. Animadu. III. c. 7. p. 187. et, quem Ruhnken. iam excitauit, Erneſti ad Callim. H. in Cer. v. 69. adde eundem ad Il. α. v. 464.

Ibid. οὐδὲ χρόα βάλλετο λουτροῖς] Ruhnkenius, Vir, ſi quis alius, Graece doctiſſimus, quamquam τὸ βάλλειν Homer. Il. Λ. 536. et Ψ. 502. Aeſchyl. Agamem. 1400. *adſpergendi* vim habere bene noſſet; vel ſic tamen veretur, ne βάλλετο vitioſum ſit. Ita tamen et Apollon. Rhod. I. 365.

Λείῳ ἐπὶ πλαταμῶνι, τὸν οὐκ ἐπέβαλλε θάλασσα
Κύμασι.

quod alias παίειν de *fluctibus*. Plutarch. in Pyrrh. p. 716. πολλὴ καὶ χαλεπὴ θάλασσα παίουσα πρὸς χωρία δύσορμα καὶ τυφλὰ πάσας διέφθειρε cet. Pariter Latinis *ferire*. Stat. Achill. I. 100.

— — — liquidum ter greſſibus aequor
Reppulit, et niueas *feriunt* vada Theſſala plantas.

Quod ſi vero, vt, vnde digreſſus ſum, redeam, vel ſic coniecturae recte locus detur, legerim vtique: οὐδὲ χρόα θάλπετο λουτροῖς. quod probabat Heynius. θάλπεσθαι, *permulcere*, Latinis hac de re. Pacuu. apud Gell. II. 16.

Cedo tamen pedem lymphis flauis, flauum vt puluerem
Manibus iisdem, quibus Vlyſſi ſaepe *permulſi*,
Laſſitudinemque minuam manuum mollitudine.

vbi *mollitudo manuum* paulo inſolentius de *frictione* dicta, niſi de *teneris manibus* ſimpliciter accipias, vt in fragm. Antiphanis apud Athenaeum XIII. p. 553.

Μαλακαῖς καλαῖς τε χερσὶ τριφθῆναι πόδας.

E Pacuuio profecit Catull. Epithal. Pel. v. 160.

Candida *permulcens* liquidis veſtigia lymphis.

Pariter *fouere* adhibuit Ouid. Metam. XV. v. 532.

Et lacerum *foui* Phlegethontide corpus in vnda.

quocum compone illa Propert. II. 25, 92.

Et modo formoſa qui multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

quem locum coniectura tentaui in Lectt. Catull. p. 165.

v. 51. *Φαινολὶς ἠὼς,*] Cod. Moſc. tenet: *Φαινόλη ἠὼς*, quod in *Φαινολὶς* recte abire iuſſit Ruhnken. V. Cel. laudato Heſych. *Φαινολίς· λαμπρὰ, φωσφόρος*, et illo Sapphus:

Ἕσπερε, πάντα φέρων, ὅσα φαινολὶς ἐσκέδασ' αὔως.

Φαινόλη retinuit tamen Pindemont.

v. 52.

v. 52. Ἑκάτη, σέλας — ἔχουσα] De Hecate σελασφόρῳ nota omnia. Vide Ruhnken. h. l. et Munker. ad Antonin. Liber. c. XXIX. p. 193. Mox v. 54. vitioſe Cod. ὤρίφορε.

v. 57. γὰρ ἤκουσ'] Idem color orationis, et in re triſti conciſae narrationis apud Apollon. Rhod. I. 1257. vbi v. Brunk. — γὰρ μὲν ἄκουσ' volebat Waſſenbergius, cuius conatum iam Ruhnken. retudit, laudato Odyſſ. Δ. 826. adde Il. VI. 38. IX. 377. Apollon. Rhod. III. 87.

Εἰ γάρ οἱ κείνη συμφράσσεται εὐμενέουσα.

vbi, ne caeſura quidem ſuffulta, producitur. Idem Ruhnken. admouit noſtro loco Homer. H. in Merc. 208.

Παῖδα δ' ἔδοξα, φέριστε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα νοῆσαι
Ὅστις ὁ παῖς.

vbi ipſi reponendum videbatur: παῖδα δ' ὄπωπα. Imo vero omnia ſibi conſtant, ſi poſt οἶδα incidas:

Παῖδα δ' ἔδοξα, φέριστε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα, νοῆσαι.

Iam vero, leuiori hac medicina admota, facile remedio Erneſti, ad ἔδοξα ἀπὸ κοινοῦ intelligentis νοῆσαι, optime ſuperſedere poterimus. Loquendi rationem ἔδοξα νοῆσαι pluribus illuſtrauit Villoiſonus Eruditiſſimus ad Longi Paſtor. in Animaduu. p. 22. et δοκεῖν actiue ſumi copioſe oſtendit Perizon. ad Aelian. V. H. IX. c. 45. quem laudat Verheyk.

heyk. ad Antonin. Liber. c. V. p. 33. Ceterum *εἶδον* vitioſe hic Cod. Moſc. Cum noſtro contende Claudianea R. P. III. 237,

Noſſe nec aurigam licuit, ſeu mortifer aeſtus
Seu mors ipſa fuit.

v. 58. *σοὶ δ', ὦνα, λέγω νημ. πάντα*] *ὦκα*, quod Cod. offert, vox nihili h. l., ad quam Ruhnkenium ſagaciſſimum non offendiſſe miror. Corruptelae fontem facile agnoſcas v. 60. vnde illud *ὦκα* malum hic pedem intulit. Veram, certe verae propinquam (nam haud dubie nomen in hac deprauata voce latet, quo Hecate Cererem, et quidem cum reverentiae notione, adloquebatur) ſcripturam indagaſſe videor, hoc modo: *σοὶ δ' Ἄττα, λ. ν. π.* quod ipſi textui inferrem, niſi moroſa Criticorum vererer ſuperciiia. *Ἄττα*, nomen reuerentiae erga ſeniores. Il. I. 603. P. 561. Sic ſeniores appellant iuniores, *φίλον τέκος*, infra v. 71. adde Od. P. 599. Φ. 369. — Bene vero factum, quod me, quo minus *ἄττα* in textu reponerem, repreſſerim, cum nunc, poſtquam me diu hic locus exercuit, certiora hic proferre poſſim. Legendum nimirum, vti in textu dedi: *ὦνα, ὦ ἄνα, o regina*, vti audit eadem Ceres v. 75. et Il. ξ. 326. De hac contractionis norma nemo facile dubitauerit. v. Callim. H. in Iou. 33. *ὦνα*, ibique Spanhem. Sic *ὦνερ* (Callimach. Epigr. XLII. 2.) *ὦλλοι, ὦναξ, ὥριστος* et ſim. Ita quoque

quoque apud Homer. Od. ζ. 149. in antiquis libris obtinet: Γουνοῦμαί σ' Ὤνασσα. Minus vero in vulgus eſt notum, vocem ἄναξ, antiquiſſimis poetis de ſexu feminino, inprimis de deabus, adhiberi. Conſulto addidi, *de deabus*, nam illam vocem generis omnino fuiſſe communis contendere equidem non auſim. Erat adeoque, vbi de Diis ſermo erat, ὁ καὶ ἡ ἄναξ, eadem prorſus ratione, qua ὁ καὶ ἡ θεὸς dicebatur. Ita vero de Thia Pindar. Pyth. vlt. v. 5.

— — — ὦ ἄνα
Ἵλαος — — —
Δέξαι στεφάνωμα.

vbi Schol. ὦ ἄνα· ὦ Δέσποινα. Quod cum ignoraret bonus Schmidius, audacter correxit ὦ ἄνασσ'. Aeſchylum quoque eandem vocem de feminino (haud dubie Deorum) ſexu vſurpaſſe, aperte teſtatur Suidas: Ἄναξ· θηλυκῶς, οὕτως Αἴσχυλος. Eadem forma olim legebatur in fragm. Callimach. CVI. Bentlei. v. 2.

Δηὴν δηναιογλύφου, ὦ ἄνα, ἧσθα σανίς.

adſertore Iſaaco Voſſio ad Catull. p. 259. quae nunc Toupii (in Curis Nouiſſimis ad Suidam p. 62.) et Erneſti conatibus ſedem mutare iuſſa eſt. Probabant tamen (quoad rem certe) magnae auctoritatis Viri Kuſterus ad Pauſan. in Achaic. c. IV. p. 531. et Verheyk. in doctiſſimo commentario ad Antonin. Liber. c. XXIX. p. 191. cui tunc, vti mihi nunc de v. ἄναξ, larga probatione opus

 erat,

erat, v. *θεὸς* et Lat. *deus* de vtroque Deorum ſexu vſurpari, de quo nunc nemo dubitat. Quid mirum igitur, librarios in forma tam rari tam docti vſus, in contractione minus vſitata adhibita lapſos notiorem, quae ad genuinae lectionis ductus proxime accederet, particulam ſubſtituiſſe, cum ipſe *Erneſti*, at quantae eruditionis vir! Pindari, Aeſchyli, Suidae, ipſiusque adeo analogiae immemor *τὸ ἄναξ* in genere feminino adhibitum, tanquam *inficetum* atque *prorſus inauditum* (ſunt ipſius verba) Graecia proſcribere non dubitaverit. Recepi igitur, ſuadente praeprimis Voſſio, Viro acutiſſimo, doctam illam lectionem: *Ὦνα*, cui et alii Viri intelligentes adſenſum ſuum non denegabunt.

v. 61. *δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχ.*] Sic ſaepius in Monumm. occurrit, e. g. apud Beger. Theſ. Brandeb. T. I. p. 10. vide omnino Burmann. ad Dorvillii Sic. p. 367.

v. 62. *θεῶν σκοπὸν ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν*] Sol *θεῶν σκοπὸς ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν* dicitur, quatenus

— — — *ἀθανάτοισι φαείνει*
Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν

Homer. Od. B. v. 388. Qua notione occurrit in mytho de Veneris cum Marte adulterio.

v. 63. *Στᾶν δ' ἵππων προπάροιθε*] Il. Ω. 286.

Στῆ δ' ἵππων προπάροιθεν. — —

notante

notante iam Ruhnken. V. Cl. E Latinis nunc ſuccurrit imitatio Papinii Statii Theb. III. 262. de Venere, Marti ſupplicante:

Cum Venus *ante ipſos* nulla formidine *greſſus*
Fixit equos: ceſſere retro.

et Achill. I. 76. de Thetide:

Orabat laniata comas, et pectore nudo
Caeruleis obſtabat equis.

v. 64. ϑεᾶς ὕπερ] Cod. Moſc. exhibet ϑέας ὕπερ, pro quo Fonteinius malebat: Διὸς ὕπερ, quod firmari poſſit H. in Vener. v. 131.

Ἀλλά σε πρὸς Ζηνὸς γουνάζομαι, ἠδὲ τοκήων.

Mihi veniebat in mentem: αἴδ. μελέαν ὕπερ *perquam miſeram*, aut: αἴδεσσαι, μεδέων ὕπερ, quod referatur ad Solem, et par ſit illis Ὑπεριὼν, ὑψίδρομος. Neutrum tamen, vt ingenue fatear, ſatisfacit. Teneamus igitur Voſſii, Viri elegantiſſimi:

Ἠέλι' αἴδεσσαί με ϑεᾶς ὕπερ — —

Exaudi preces meas pro ſalute Deae, filiae meae, Proſerpinae. Vti fere Il. H. 449.

Τεῖχος ἐτειχίσαντο νεῶν ὕπερ — —

quem locum reſpexit Heſych. νεῶν ὕπερ· ὑπὲρ τῆς τῶν νεῶν σωτηρίας. Malim tamen ϑεᾶς ὕπερ de ipſa Cerere dictum accipere, vt fere Cl. Santenius: *Me cole, ſi Dea ſum.* Aliter Ignarra, quem, et nos ad eundem, vide ſis.

Digitized by Google

Ibid. εἴ ποτε δή σευ] Homer. Il. A. 503.

Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δὴ σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα
Ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ.

Apollon. Rhod. pariter iungit ἔπος cum ἔργῳ, IV. 81.

— — εἰ δὴ σεῖο λιλαιομένης ἀθερίζω
Ἢ ἔπος ἢ ἔργον.

res et *verba* pariter Virgil. Aen. IX. 279.

— — — tibi maxima *rerum*
*Verborum*que fides.

Ceterum ſolemnis haec in Deorum conteſtationibus formula: εἴ ποτε etc. quam ſublegit Virgil. Aen. IX. 406.

Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, ſi qua ipſe meis venatibus auxi.

Cum Cereris oratione comparaſſe iuuabit Odyſſ. Γ. v. 93-101. vbi Telemachus Neſtorem ſic alloquitur:

Τοὔνεκα νῦν τὰ σὰ γοῦναθ' ἱκάνομαι, αἴκ' ἐθέλησθα
Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον ἐνισπεῖν· εἴπου ὄπωπας
Ὀφθαλμοῖσι τεοῖσιν, ἢ ἄλλου μῦθον ἄκουσας
Πλαζομένου. περὶ γάρ ὀϊζυρὸν τέκε μήτηρ.
Μηδέ τι μ' αἰδόμενος μειλίσσεο, μηδ' ἐλεαίρων,
Ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον, ὅπως ἤντησας ὀπωπῆς.

Λίσσο-

Λίσσομαι, εἴποτέ τοί τι πατὴρ ἐμὸς ἐσθλὸς Ὀδυσσεὺς,
Ἤ ἔπος, ἠὲ τι ἔργον, ὑποστὰς ἐξετέλεσσε
Δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ὅθι πάσχετο πήματ' Ἀχαιοί·
Τῶν νῦν μοι μνῆσαι, καί μοι νημερτὲς ἔνισπε.

quem locum in memoriam reuocauit mihi Lenzius, doctiſſimus Iuuenis.

v. 66. 67. Κούρην τὴν ἔτεκον — τῆς ἁδιν. ὀπ' ἄκ.] Commoto Cereris animo praeclare adcommodauit orationem Homerus. Nam, quam inceperat, orationis ſtructuram prorſus immutat: κούρην - τῆς etc. Pariter Odyſſ. I. 275.

Μητέρα δ', εἰ οἱ θυμὸς ἐφορμᾶται γαμέεσθαι,
Ἂψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο.

Nota illa Virgilii Aen. IX. 424. *Me, me, adſum* etc. et magis appoſite Aen. XI. 552.

Telum immane, manu valida quod forte gerebat,
Bellator ſolidum nodis et robore cocto,
Huic natam, libro et ſilueſtri ſubere clauſam
Implicat.

vide omnino Erneſti ad Homer. Il. B. v. 681. Mox v. 68. εἶδον Cod. Moſc.

v. 70. *καταδέρκεαι ἀκτίνεσσι*] Par orationis color in Homer. Odyſſ. Λ. 15. et Aeſchyl. Prometh. 795. notante Ruhnken. Hinc *πανόπτης ἡλίου κύκλος* apud Aeſchyl. Prom. 91. *ἠέλιος πανδερκὴς* Q. Calab. 14. vid. omnino Lennep. ad Phalarid. Epiſtt. p. 152. Ceterum *καταδέρκεται* vitioſe Moſc. Eadem menda obſidet Orph. in Ἀμφιετ. θυμ. v. 5.

Αὐτὸς δ' ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλι κῶμον ἐγείροις
Εἰς ὕμνον τρέπεται σὺν εὐζώνοισι τιθήναις
Εὐάζων, κινῶν τε χόρους ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις.

vbi pro *τρέπεται* haud dubie legendum: *τρέπεαι*. Nam antecedit *ἐγείροις*, quod plurimi Codd. tenent, et oratio, hoc admiſſo, fit multo erectior.

v. 71. *εἴ που ὄπωπας*] Sic reſcripſit Ruhnken. doctiſſimus, cum Codex deprauate offeerat: *ὄπωπεν*. Corruptelae cauſa eſt manifeſta. Nam librarius, qui *καταδέρκεται* vitioſe ſcripſerat, adcommodauit illi et ſequentia: *εἴ που ὄπωπας. φίλον τέκος* v. ad v. 60.

v. 76. *μέγα ἅζομαι*] Volebat quidam, hiatu offenſus: *μέγα σ' ἅζομαι*, cuius conatum egregie repreſſit Ruhnken. laudato Heſiodi Theogon. v. 532.

Ταῦτ' ἄρα ἁζόμενος τίμα ἀριδείκετον υἱόν.

v. 82.

Digitized by Google

v. 82. ἄπλητον ἔχειν χόλον] Ruhnkenio praeſtantiſſimo in mentem veniebat:

Μὰψ αὔτως ἀτέλεστον ἔχειν χόλον

mihi vero:

Μὰψ αὔτως ἄλληκτον ἔχειν χόλον

ἄλληκτον, ἀλλήκτως *indeſinenter.* Scripturae quidem Cod. Moſc. et, ſi quid video, orationi conuenientius. Homer. Il. I. 632.

— — — σοὶ δ' ἄλληκτόν τε κακόν τε
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι θεοὶ θέσαν.

Vulgatam tamen recte defendas cum Ruhnken. auctoritate Heſiodi Theogon. 315.

Ἄπλητον κοτέουσα βίη Ἡρακλειείῃ.

vid. omnino Schutz. V. Cl. ad Aeſchyl. Prometh. v. 371.

v. 83. οὔ τοι ἀεικὴς] Fonteinius doctiſſimus corrigebat: οὐ τῷ ἀεικ. ſc. *Ioui.* Docte ſane. Sic Latinis *Ipſe* de *Ioue.* vid. ad Catull. Epithal. 20. Mollior tamen vtique medicina Voſſii: οὔ τοι ἀ. *haud te indignus,* quam etiam v. 363. adhibuit.

v. 85. καὶ ὁμόσπορος ſc. τῷ Δὶ, *frater Iouis.* Pariter coniunxit poeta H. in Vener. v. 135.

Σοῖς τε κασιγνήτοις, οἵ τοι ὁμόθεν
γεγάασι.

Diana τῷ Ἀπόλλωνι ὁμόσπορος dicta Sophocl. in Trachin. Euripid. Iphig. in Taur. 611.

Τοιοῦτος εἴη τῶν ἐμῶν ὁμοσπόρω

vbi

vbi Barneſius Latinae linguae penuriam incuſat, quae nullam Graecae voci parem habeat. Miror ipſum ignoraſſe voc. *vnigena*, quae illi prorſus reſpondet. Catull. in Com. Beronic. v. 53.

— — quum ſe Memnonis Aethiopis
Vnigena impellens nutantibus aera pennis
Obtulit Arſinoes Chloridos ales equus.

Ales Chloridos eſt Zephyrus, qui, vti omnes venti, (Heſiod. Theogon. 377.) matre Aurora gaudet, et dicitur *vnigena Memnonis*, quatenus eadem, qua Zephyrus, prognatus parente. Sic eidem *Diana Apollinis vnigena* dicta, Epithal. Pel. v. 301. Mihi tamen, fateor, dura haec admodum h. l. ellipſis videtur, qua *Iouem* ad v. αὐτοκασίγνητος καὶ ὁμοσπ. intelligas. Quo magis blanditur Cel. Schneideri ratio, reſcribentis:

Αὐτοκασίγνητος πατρὸς Διός·

quo ſane ducit v. 365.

Οὔ τοι ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικὴς ἔσσομ' ἀκοιτις
Αὐτοκασίγνητος πατρὸς Διός.

Ad ſententiam horum vv. Ouid. Metam. V. 505-7.

Illa quidem triſtis, nec adhuc interrita vultu,
Sed regina tamen, ſed opaci maxima mundi,
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.

et

et magis adpoſite Claudian. R. P. II. 278. ſſ.

— — — maiora dabuntur
Sceptra, nec *indigni taedas patiere mariti.*
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Seruit, et immenſum tendit per inane poteſtas.

Ibid. *ἀμφὶ δὲ τιμὴν ἔλλαχεν*] Τιμὴ h. l. pars regni, quae, ſortitione facta, Plutoni obtigerat. Loca claſſica hac de re Homer. Il. O. 189. Heſiod. Theog. 425. et Callimach. in Iov. 61. indicauit iam Ruhnken. adde Apollod. 1. 2. 1. Aeſchin. Dial. III. p. 162. et Orph. H. 17. v. 6. Callimachi locum expreſſit Claudian. R. P. I. 100.

Tertia ſupremae patior diſpendia ſortis.

v. 87. Optime, quoad primam verſus partem, Valkenarius:

Τῶν μέτα ναιετάειν, ὧν ἔλλαχε κοίρανος εἶναι.

Sic Il. *o.* 190.

Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναίεμεν αἰεί.

Heſiod. Theogon. v. 455.

Ἴφθιμόν τ' Ἀΐδην, ὅς ὑπὸ χθόνι δώματα ναίει.

Alteram enim: *τῶν ἔλλαχε* (Cod. habet *ἔλλαχεν*) *κοίρανος εἶναι*, conſutam puto ex antecc. quod vel v. *ἔλλαχεν*, vti in Cod. ſcribitur, aperte indicat; pro quo, licet *ἔμμορε* (vt Il. *o.* 189. Od. *ε.* 335. H. in Vener. 37.) ſubſti-

ſubſtituas, aut legas: τῶν κοίρανος εὔχεται εἶναι, ſententia tamen hiulca et manca erit. Sequi enim debebat accuratior certi cuiusdam regni, quod Plutoni ſorte obuenerat, deſcriptio. Num dedit poeta:

Τοῖς μέτα ναιετάειν ἐνέροις, τῶν κοίρανος ἐστὶν

ἐστὶν et εἶναι ſaepius inuicem permutari notauit iam Reiskius in Animaduu. ad Dio. Caſſ. p. 40. Cuius rei cauſam indagauit idem vir doctus ad anthologiam Conſt. Cephalae. An duorum vv. fragmenta in vnum hunc coaluere? quod mihi non improbabile videtur. Parum vero poetae conſules, ſi ſcabrum hunc verſum cum Brunkio eruditiſſimo poſt v. 81. reponendum cenſeas, quod cum Santenio ſecutus eſt Pindemontius, ita tamen, vt vitioſam Cod. ſcripturam retinuerit.

v. 89. Ῥίμφα φέρον] Ruhnken. malebat: ῥίμφ' ἔφερον, laudato Heſiod. Aſp. 340.

Σμερδαλέον θ' ἵπποισιν ἐκέκλετο. τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς
Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα, κονίοντες πεδίοιο.

et Homer. Il. Λ. 532.

— — — τοὶ δὲ πληγῆς αΐοντες
Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα.

v. 90. ἄχος αἰνότερον καὶ κύντερον] ἄχος κύντερον, *dolor vehementior*. Sic Od. Υ. v. 18.

Τέτλαθι

Τέτλαθι δὴ, κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλό ποτ' ἔτλης.

Pariter infra v. 306. Ruhnken. laudat Homer. Od. Λ. 426.

Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

quem expreſſit perſonatus ille Orph. apud Clem. Alex. Strom. VI.

Ὡς οὐ κύντερον ἦν, καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός.

citante Eſchenbach. in Epigene p. 109. Alteram v. partem Orpheus debet Heſiodo. Ἐργ. v. 702.

Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.

v. 92. Νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν] Volebat quidam Vir doctus apud Ruhnken. νόσφιν ἰοῦσα θεῶν ἀγορῆς κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον. Sed vulgata eſt doctior et elegantior. νοσφίζεσθαι cum Accuſatiuo apud Homer. (H. in Mercur. 559.) et Apollon. Rh. ſaepius occurrit. E. g. IV. 362.

Πάτρην τε κλέα τε μεγάρων, αὐτούς τε τοκῆας
Νοσφισάμην.

adde eiusdem I. 187. IV. 1108.

v. 93. πίονα ἔργα] τὰ γεωργικὰ λέγει κατ' ἐξοχὴν, Apollon. Lex. Homer. vid. ibi Villoiſ.

v. 94.

v. 94. εἶδος ἀμαλδύνουσα] Nonnus L. XLVIII. p. 834. l. 21.

Οὐρανίην στίχα πᾶσαν ἀμαλδύνουσα προσώπῳ

vti h. v. legi volebat Villoiſ. doctiſſimus in Epiſtt. Vinarr. p. 22. vid. Ruhnken. h. l. et Toup. in Cur. Nouiſſ. ad Suid. v. ἀμαλδυνθήσομαι, p. 12.

v. 97. τότ' Ἐλευσῖνος] Vitioſe Cod. Moſc. Ὅς τότε λευσῖνος, vti et v. ſeq. τετιημένος ἦτορ. — κοίρανος εἶεν. Celeo principatum deferre videtur poeta inter regulos illos (v. v. 18-20. 479. 480.) Eleuſinios. Pariter Apollodorus I. V. 1. p. 16. ed. Heyn. ἔπειτα πρὸς Κελεὸν ἐλθοῦσα, βασιλεύοντα τότε Ἐλευσινίων, etc.

v. 98. Ἕζετο δ' ἐγγὺς ὁδ.] Conſidebat illa Dea ἐν πέτρᾳ illa ἀγελάστῳ; res notiſſima. Vid. quos laudat Ruhnkenius h. l. et Heyn. V. S. ad Apollodor. I. 5. 1. p. 58. Cererem petrae inſidentem e ligno dedicarant Phigalenſes iuxta Pauſan. XLII. p. 686. atque ita conſpicitur in monumento ſepulcrali, quod aeri incidendum curauit *de Boze* in Memoires de Litterat. de l'Acad. des Inſcr. T. IV. p. 648. Cererem ibi repraeſentari, tum ex aliis, quae ibi expreſſa ſunt, tum, quod ſerpens petrae illi inſcalptus ſit, pro explorato haberi debet. Nam et Phigalenſium ſimulacrum ſerpentibus exornatum erat, teſte Pauſan. l. c.

v. 99.

Digitized by Google

v. 99. Παρθενίῳ Φρέατι] Fons *Parthenius*, qui alias dictus Καλλίχορος, vti infra v. 271. Apollod. I. 5. 1. p. 16. ed. Heyn. Callimach. H. Cer. 16. Pauſan. I. 38. p. 93. Eundem appellatum fuiſſe Ἐννεάκρουνον teſtatur Pauſan. Attic. c. XIV. p. 34. πλησίον δέ ἐστι κρήνη, καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον — ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην, ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται καὶ Κόρης, etc. Ἄνθιον, ſeu Ἀνθινὸν (nam variat in Pauſ. ſcriptura, illud tamen rectius, et tuetur Clemens Stromat. V. p. 676.) indigitauerat Pamphus, teſte eodem Pauſan. Attic. c. 39. p. 94. Φρέαρ ἐστιν, Ἄνθιον καλούμενον· ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παιδὸς, γραῒ εἰκασμένην. quamuis Ruhnken. ibidem legere malit: Παρθένιον, ſine idonea cauſa. Poterat enim fons iſte conſitus eſſe floribus, id quod vel v. ſeq. oſtendere videtur, et aperte teſtatur Sophocl. Oed. Colon. v. 155.

— — ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-
φθέγκτῳ μὴ προσπέσῃς νάπει
Ποιάεντι, κάθυδρος οὗ
Κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν
Ῥεύματι συντρέχει.

Nomen fontis Παρθενίου a *pura* et *integra aqua* ductum animaduertit iam Ruhnkenius, qui apte laudat Aeſchyl. Perſ. 615. Sic μύρτα παρθένια Ariſtophani Auu. 1099. *candida*, nihil amplius, quod ex adi., λευκότροφα, ſatis liquet. Auctor incertus in Copa v. 15.

 Et

Et quae *virgineo* libata Achelois ab *amne*
Lilia vimineis adtulit in calathis.

vbi v. Wernsdorf. V. Cl. (in Poett. min. T. II. p. 295.) In noſtro tamen loco vel ſic dubito, an poeta hoc ſenſu παρθένιον Φρέαρ dixerit, imo multo reconditius quid innuiſſe arbitror. Fontem hunc καλλίχορον a choris ad eundem inſtitutis in honorem Cereris ſic appellatum eſſe cum ex ipſo nomine colligas, tum Pauſaniae firmatur auctoritate. Ita enim ille in Attic. XXVIII. p. 93. Φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χόρον ἔστησαν, καὶ ἦσαν εἰς τὴν θεόν. Euripid. Ion. v. 1074.

Αἰσχύνομαι τὸν πολύϋμνον
Θεὸν, εἰ παρὰ καλλιχόροισι παγαῖς
Λαμπάδα θεωρὸν Εἰκάδων
Ὄψεται ἐννύχιος.

Poeta igitur fonti huic Καλλιχόρου nomen indidit a facto aliquo, quod paulo ſerius accidit. Quod ſaepius factum a poetis monuere dudum VV. DD. e. g. Heyn. V. S. ad Virgil. Aen. I. 2. Eadem vero de cauſa, qua Καλλίχορος, fons iſte appellatus eſt παρθένιος, nimirum a *Virginum choris* ad eum factis. Iisdem duobus nominibus, id quod rem extra dubium ponit, eadem de cauſa inditis, gaudet fluuius Paphlagoniae, qui Apollon. Rhod. III. 876. παρθένιος dictus:

Οἵη δὲ λιαροῖσιν ἐφ' ὕδασι Παρθενίοιο
Ἠὲ κατ' Ἀμνίσοιο λοεσσαμένη ποταμοῖο
Χρυσείοις Λητωῒς ἐφ' ἅρμασιν ἑστηυῖα.

vbi

vbi Schol. Παρθένιος δὲ ποταμὸς Παφλαγονίας. Idem fluuius eidem dictus Καλλίχορος Argon. II. 904.

Ὦκα δὲ Καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο
Ἤλυθον, ἔνθ' ἐνέπουσι Διὸς Νυσήϊον υἷα.

Schol. ποταμὸς Παφλαγονίας, ἱερὸς Διονύσου περὶ Ἡρακλείαν. Alia igitur fluuii regio Dianae, Baccho alia ſacra erat. Imbraſus quoque, fluuius Sami, antiquitus παρθένιος vocatus ſec. Schol. Apollon. II. 866. Ἴμβρασος ποταμὸς Σάμου, πρότερον Παρθένιος λεγόμενος. Καλλίμαχος· ἀντὶ γὰρ ἐκλήθης Ἴμβρασε Παρθενίου, haud dubie ob choros Iunoni ad eundem inſtitutos. Nam ad Imbraſum natam fuiſſe Iunonem, vetus erat narratio. Pauſan. Achaic. c. IV. p. 530. Σάμιοι δὲ τεχθῆναι νομίζουσιν τὴν θεὸν παρὰ τῷ Ἰμβράσῳ ποταμῷ — inde Iuno παρθενία dicta Pindar. Olymp. VI. v. 149.

— — πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν Παρθενίαν κελαδῆσαι.

quod cum ignoraret Scholiaſtes, nomen a monte Arcadiae Parthenio repetebat. Verum ex parte vidit Schol. Apollon. I. 187. Ex his a me diſputatis lux accenditur Pap. Statio, Achill. I. 344.

Sic vbi *virgineis* Hecate laſſata *Therapnis*
Ad patrem, fratremque redit, comes haeret eunti
Mater, et ipſa humeros exſertaque brachia velat.

 Virgi-

Virgineis Therapnis reſcripſi pro *virg. pharetris*, quod eſt in omnibus adhuc inſpectis Codd. et editt. certiſſimo Scholiaſtae Lutatii, ſeu malis, Lactantii ductus auſpicio. Ita enim ille ad Stat. Theb. III. 422.

Taenariumque cacumen, Apollineasque
Therapnas.

„*Therapnas*, ciuitatis nomen eſt in Lycia, „Apollini ſacra, nec a ſororis eius religione „diſſentiens, vt ipſe alibi: *laſſata Therapnis.*" Scholiaſten h. l. reſpexiſſe, nemo facile dubitabit. Atque ita reponam in recenſione illius poetae aliquando a me adornanda. *Therapnae* adeoque *virgineae* ſunt, in quibus puellae Dianae choreas agunt. His ipſis interfuerat Diana, tanquam χορηγὸς, vt ſaepiſſime de Diis poetae. Mox αὐτὰρ pro γὰρ, vt ſaepius. e. g. Homer. Od. Σ. 227. Φ. 290.

v. 102. δώρων τε Φ. Ἀφροδίτης] δῶρα Ἀφροδίτης de συνουσίᾳ capienda eſſe, patet ex hoc loco, quem Virgilium ob oculos habuiſſe IV. 33.

Nec dulces natos, *Veneris nec praemia*
noris?

putabat Ruhnken. V. Cl. in praef. p. XIII. Ita tamen et alii, praeter Homerum, locuti. δῶρα et εὐνὴν iunxit Mimnermus in Anal. Brunk. T. I. p. 60. ep. I. v. 3.

Κρυπταδίη Φιλότης, καὶ μείλιχα δῶρα καὶ
εὐνὴ
Ἄνθεα τῆς ἥβης γίνεται ἁρπαλέα.

Vir-

Virgilii locum manifeſta imitatione expreſſit Claudian. XXXI. v. 130. vbi Venus ait:

Viuite concordes, et *noſtrum diſcite munus.*

vnde interpretatio in Virgilio conſtituenda. v. Schrader. ad Muſaeum v. 290. et in Animadu. p. 228.

v. 103. *θεμιστοπόλων βασιλήων*] *βασιλεῖς θεμιστόπολοι*, quatenus ipſi ius exercebant, res notiſſima. v. vel Homer. Il. B. 205. Apollon. Rhod. IV. 347.

Εἰσόκε τις δικάσῃσι θεμιστούχων βασιλήων.

v. Ruhnken. ad h. l. Paulo ante *παλαιγενέῃ* vitioſe Cod. Moſc. vti mox v. 107. *κάλπῃσι.*

v. 108. *κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι*] *ἄνθος κουρήϊον* eleganter de pubertate. v. loca Ruhnkenio adducta, qui bene comparat *ὥριον ἄνθος.* Sic Nonn. Dionyſ. VII. p. 202. l. 21. *ὥριον στάχυν ἥβης* adpellat. *ὥριον ἄνδρα* Solon. XIV. v. 9. in Brunkii Gnom. Graec. p. 78. *Παρθενίας εἰς ἄνθος ἀκμάζειν* habes apud Longum Paſtor. III. p. 85. l. 14. ed. Villoiſ. *ποίαν λεχέων* Pindar. Pyth. Θ. 63. *χρυσοστεφάνοιο Ἥβας καρπὸν ἀνθήσαντα* idem ibid. v. 192. adde Pyth. IV. 281. Theogn. 1001. Solon. ep. III. 1. et Mimnerm. l. l. Ita quoque Latini. Ouid. Remed. Amor. 103. Lucret. IV. 1199. et inde Catull. Epithal. Pel. v. 401.

v. 112. Ἀγχοῦ δ' ἱστάμεναι] τὸ δ' deeſt in Cod. Moſc. recte ſuppletum iam in edit. Ruhnken. Mox v. 114. πόλιος vitioſe Cod. Moſcov.

v. 115. οὐδὲ δόμοισι πιλνᾶς] Vix me continui, quin elegantiſſimi Voſſii correctionem: πίλνασαι, quae magis eſt Homerica, in textum reciperem.

v. 116. Τήλικαι, ὡς σύ περ ὧδε] MS. habet Τήλικας, correctum iam a Ruhnk. Idem bene h. l. admouit ſimilem, Il. Ω. 398.

Ἀφνειὸς μὲν ὅδ' ἐστὶ, γέρων δὲ δὴ, ὡς σύ περ ὧδε.

v. 117. Αἴ κέ σε φίλωνται] Ita in textu dedi e praeſtantiſſima Voſſii coniectura, qui recte monet, primam τοῦ φιλέομαι corripi, adducto in teſtimonium Clark. ad Il. α. 338. Idem Vir omni exquiſitioris doctrinae genere inſtructiſſimus addit, in Heſiodo (Theogon. 97. ὁδ' ὄλβιος, ὅντινα Μοῦσαι φιλεῦνται.) et Hymnis Homericis (in Muſas et Apoll. v. 5.) legi debere: φίλονται. Qua rariori verbi forma offenſos librarios notiorem ſubſtituiſſe φιλέονται, quod deinde ab aliis, metro timentibus, mutatum in φιλεῦνται, Ionico more. Correctionem igitur Brunkii Cl. reſcribentis: αἴ κέ σε φιλήσαιντ', applaudentibus quamuis Ruhnken. et Wolf., locum habere non poſſe, facile intelligitur.

Ceterum

Ceterum φίλεσθαι occurrit Il. E. 61. et K. 280.

— νῦν αὖτε μάλιστά με φῖλαι Ἀθήνη.

eſtque, ſenſu Homero perquam familiari, *benigne, liberaliter tractare.* Od. α. 123.

Χαῖρε, ξεῖνε· παρ᾽ ἄμμι φιλήσεαι·

et ο. 281.

— αὐτὰρ κεῖθι φιλήσεαι, οἷά κ᾽ ἔχωμεν.

H. in Mercur. 571.

Οὕτω Μαιάδος υἱὸν ἄναξ ἐφίλησεν Ἀπόλλων

Παντοίῃ φιλότητι.

muneribus nempe in Mercurium collatis.

v. 118. Ὣς ἔφαθ᾽.] Cum plures loquantur, malit Voſſ. ὣς ἔφαν, quod tamen vix neceſſe puto. Sic et Fonteinii V. Cl. coniectura v. 119. pro: τέκνα φίλα, τίνες ἐστὲ reponentis: τέκνα φίλ᾽ αἵτινες ἐστὲ recte carebimus. Mox v. 121. εἰρομένοισιν vitioſe MS.

v. 122. Δὼς ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί·] Variis hunc metro vacillantem verſum fulcris ſuſtentare conati ſunt Viri docti, in quibus Ruhnkenii emendatio, legentis:

Δωρὶς ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί·

ſemper mihi praeplacuit. Cui quidem magnum robur additur Etymol. M. p. 293. Δωρὶς, ὄνομα θεᾶς, διὰ τὴν γενομένην δωρεὰν τοῖς ἀνθρώποις. Sic Epidauriis Ceres et Proſerpina Ταμία καὶ Αὐξησία adpellatae ſecundum Schol. ined. apud Ariſtid. Panath. I. p.

 268.

Digitized by Google

268. et Themiſt. T. III. p. 309. teſte Weſſelingio ad Herodot. V. p. 413. Alia Cereris nomina, quae *donandi* notionem habent, vide apud de Sainte-Croix, ſur les Myſt. du Paganiſ. p. 524. Atque hanc lectionem recepit cum Santenio Pindemontius. Brunkius vero, retento Δὼς, legendum proponit:

Δὼς μὲν ἐμοίγ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί·

quod amplexus eſt Wolf. V. Cl. Δὼς ſane occurrit apud Heſiod. Ἔργ. v. 356.

Δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.

Fonteinius coni.

Δηὼ ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί·

et Cererem Δηοῦς nomen tum demum aſſumſiſſe ait. Quam opinionem firmare videtur Etymol. M. v. Δηώ· παρὰ τὸ δήω τὸ σημαῖνον τὸ εὑρίσκω. Καὶ γὰρ ἡνίκα περιήρχετο εἰς ζήτησιν τῆς θυγατρὸς αὐτῆς, κατ᾽ εὐφημισμὸν ἔλεγον πάντες, δήεις, τουτέστιν, εὑρήσεις. Fonteinii coniecturam reliquis praetuliſſe quoque videtur de Sainte-Croix l. l. p. 97. vbi ſic hunc loc. excerpſit: Callidice, Cleiſidis (quomodo pro Κλεισιδίκη legerit, vix inde exſculpas; videtur tamen cum Ruhnkenio hoc nomen pro corrupto habuiſſe, ſine idonea cauſa) Démo et Callithoé, filles de Célée, rencontrerent la Deeſſe, aſſiſe près d'un puits, à l'ombre d'un olivier, ou elle leur apprit, que ſon nom étoit *Déô*. Mihi in mentem veniebat:

Δμωὴς ἐμοί γ᾽ ὄνομ᾽ ἐστί·

quod,

quod, cum a quibusdam Δμὼς ſcriberetur, in Δὼς tandem abiiſſe dicendum eſſet. Cereris ſane perſonae, quam ſimulabat, aptum hoc nomen eſſet. Mox v. 123. τὸ δὲ τοῖς νῦν αὖτε interſerui, ſuadente iam Ruhnken. V. Cl.

v. 124. Habes hic inſigne cumulatae orationis exemplum. Pariter fere v. 413. ſi genuinus:

Ἄκουσαν δὲ βίῃ με προσηνάγκασε πάσασθαι.

Ariſtoph. Lyſiſtr. 225.

Ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ.

v. 132. *περάσαντες ἐμῆς ἀποναίατο τιμῆς*] *περᾶν vendendi* notione ſaepius Homerus adhibuit. e. g. Od. Ο. 386. Il. Φ. 78. *ἀποναίατο τιμῆς*. Odyſſ. Ω. 30.

Ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος, ἧσπερ ἄνασσες.

vitioſe Cod. *ἀπονοίατο*.

v. 134. *καὶ οἵτινες ἐγγεγάασιν;*] *ἐκγεγάασιν* Cod. Moſc. quod bene correxit Ruhnken. Homer. Odyſſ. N. 232.

— — — — — — ὄφρ' εὖ εἰδῶ,
Τίς γῆ, τίς δῆμος, τίνες ἄνερες ἐγγεγάασιν.

v. 137. Hic verſus in Cod. iuſto longior extat, atque ſic quidem:

Ὡς ἐθέλουσι τοκῆες· ἐμὲ δ' αὖτ' οἰκτείρατε, κοῦραι,

 quem

quem intra ſuos limites redire iuſſit Fonteinius doctiſſimus, qui inſuper corrigendum ſtatuebat:

Οἷ' ἐθέλουσι τοκῆες·

Sed ὡς magis Homericum. Il. B. 10.

Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω,

et I. 369.

— — τῷ πάντ' ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω.

Sophocl. Oed. Colon. 1124.

Καί σοι θεοὶ πόροιεν, ὡς ἐγὼ θέλω.

Mox v. 138. pro τέως vitioſe Cod. Moſc. τέων.

v. 141-144. Cum his contende Catulliana, Epithal. Pel. 160-3.

Attamen in veſtras potuiſti ducere ſedes,
Quae tibi iucundo famularer ſerua labore,
Candida permulcens liquidis veſtigia lymphis,
Purpureaue tuum conſternens veſte cubile.

cf. Homer. Il. α, 32. — καὶ δώματα τηρήσαιμι. τηρεῖν, proprium hac de re. v. Abreſch. Animadu. ad Aeſchyl. III. p. 32. vti *ſeruare* Latinis. Quod forſan reddendum Claudiano Gigantom. 119.

— — — deſertaque manſit
Regia Neptuni, famulis *ſeruanda* profundis.

pro: *veneranda.* — v. 144. καί κ' ἔργα διδασκήσαιμι γυναῖκας. Sic reſcripſi e praeſtantiſſima, eaque vnice vera Voſſii, eximii ingenii

ingenii Viri, conie&ctura. Cod. tenet: *καί κ' ἔργα διαθήσαιμι γυναικός.* Ipſe olim tentaveram:

— *καί κ' ἔργα διαντλήσαιμι γυναικός.*

de qua voce v. Lennep. ad Epp. Phalar. p. 293. Quam tamen conie&cturam lubentiſſime nunc damno. Voſſii praeclaram emendationem probauit quoque Ruhnken. V. Cel. eamque Homer. Od. X. 421.

Πεντήκοντά τοι εἰσὶν ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες
Δμωαὶ, τὰς μέν τ' ἔργα διδάξαμεν ἐργάζεσθαι,
Εἴριά τε ξαίνειν, καὶ δουλοσύνης ἀνέχεσθαι.

et Heſiod. Ἔ. *καὶ* Ἡ. 64.

— — — *αὐτὰρ Ἀθήνην*
Ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν.

docte adſtruxit. Recepit eam Wolf. V. Cl. Pindemont. vero dedit *διαθλήσαιμι*, ſecutus Ignarram, quem infra conſulas.

v. 145. Ante hunc verſum in Cod. alius conſpicitur, ex hoc et antec. v. conſutus:

τ κ
Φῆ ῥα θεὰ, καί κ' ἔργα διαθήσ' αὐτίκ' ἀμεί.

Sed eadem iam librarii manus, punctis ſubiectis, calami errorem indicauit.

v. 147. 148. *θεῶν μεν δῶρα — τέτλαμεν*] Ingenioſe Brunkius:

Μαῖα,

Μαῖα, θεῶν μὲν δῶρα, καὶ ἀχνυμένοις περ, ἀνάγκη
Τετλάμεν ἀνθρώποις·

Sed vulgata cum per ſe recte habet, tum firmatur v. 216.

Ἀλλὰ θεῶν μὲν δῶρα, καὶ ἀχνυμένοι περ, ἀνάγκη
Τέτλαμεν ἄνθρωποι·

De ſententia poetae v. Ruhnken. h. l. adde Rhiani in Stob. florileg. Grot. p. 31.

— — Φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόῤῥοπα δῶρα
Ἀφραδέῃ (ſcr. ἀφραδέϊ) κραδίῃ.

Solon. VI. 64. (in Anal. Brunk. I. p. 67.)

Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει, ἠδὲ καὶ ἐσθλόν.
Δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.

Mimnermus II. 17.

— — — οὐδέ τις ἐστὶν
Ἀνθρώπων, ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδῷ.

Hinc Αἶσα πάνδωρος Bacchylidae l. 5. (in Anal. Brunk. I. p. 149.) adde Rhiani in Brunk. Gnomic. init. Theognid. apud Grot. Exc. Stob. p. 507. in fine, et Quint. Calab. VII. v. 70-72. cf. Graev. ad Heſiod. c. VI. p. 47. — δὴ γὰρ πολὺ φέρτεροί εἰσι. Homer. Il. K. 556.

Ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ ἀμείνονας, ἠέ περ οἵδε
Ἵππους δωρήσαιτ', ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰσι.

et

et *Φ*. 264.

— — *θεοὶ δέ τε φέρτεροί ἀνδρῶν.*

Aeſchyl. Prometh. v. 910.

— — *μηδὲ κρεισσόνων θεῶν*
Ἄφυκτον ὄμμα προσδέρκοιτό με.

Hinc Dii abſolute dicti *Κρείσσονες*, vti ſaepius Platoni et aliis. v. Perizon. ad Aelian. V. H. in Ind. Rhoer. ad Porphyr. de Abſt. p. 192. et, quem laudat, Boſium in Animadu. Lucian. c. XV. Wernsdorf. ad Himerii Orat. p. 118.

v. 150. *οἷσιν ἔπεστι — δήμου τε προὔχουσιν*] Vt orationis ſtructura ſibi conſtet, intelligendum *οἱ, ἀπὸ κοινοῦ.* Quam ſtructurae negligentiam, in poetis ſatis obuiam, notauit, et exemplis quibusdam illuſtrauit Ruhnken. h. l. adde Erneſti ad Od. X. v. 445.

v. 151. *κρήδεμνα πόληος*] Homer. Od. N. 388.

— — *ὅτε Τροίης λύομεν λιπαρὰ κρήδεμνα.*

quem locum ob oculos habuit Catull. Epithal. Pel. v. 368.

Vrbis Dardaniae Neptunia *ſoluere vincla.*

v. 152. *καὶ ἰθείῃσι δίκῃσιν.*] Heſiod. Theogon. 85.

Πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι διακρίνοντα θέμιστας
Ἰθείῃσι δίκῃσι.

cf. Il. Σ. 508. et v. Graev. ad Heſiod. *Ἐργ.* v. 9.

v. 153.

v. 153. Ἡ μὲν Τριπτολέμου] ſc. οἰκία, vt bene Ruhnken. monuit, qui apte laudat Od. K. 105. Res per ſe ſatis nota. v. H. in Mercur. 370. Apollon. Rhod. III. 419. cf. omnino Abreſch. Animadu. ad Aeſchyl. III. p. 21. Schneidero tamen V. Cel. ellipſis dura, et in tali verborum ſtructura ſine exemplo atque inuſitata videbatur, qui contra omnia ſuauius fluere, et ſenſum, ſeriemque orationis melius conſtare opinabatur, ſi v. 156. cum illo ita transponas, vt legantur continui v. 153. et 156.

Τῶν πάντων ἄλοχοι κατὰ δώματα πορσαίνουσι,
Ἡ μὲν Τριπτολέμου etc.

Aliter quoque Ignarra, quem vide ſis. — ἡ δὲ Διόκλου. Infra v. 473. Διοκλεῖ. variatione formae ſolemni. v. Ruhnken. ad h. l. et quos laudat Burmann. ad Propert. II. 7. 51.

v. 154. καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο — καὶ πατρὸς ἀγήνορος] Pauſan. Attic. c. 38. Ὁμήρῳ δὲ ἐς μὲν τὸ γένος ἐστὶν αὐτοῦ πεποιημένον οὐδέν· ἐπονομάζει δὲ ἀγήνορα ἐν τοῖς ἔπεσι τὸν Εὔμολπον. Vnde, Pauſaniam:

— — — καὶ ἀγήνορος Εὐμόλποιο
Καὶ Δολιχοῦ καὶ πατρὸς ἀμύμονος ἡμετέροιο.

in ſuo exemplo habuiſſe, acute animaduertit Ruhnkenius doctiſſimus.

v. 159.

v. 159. Diu animi fui dubius, an hunc verſum, qui gloſſematis notam ſatis manifeſtam prae ſe ferre videretur, virgulis coercerem. Nam οὐκ ἄν τίς σε δόμων ἀπονοσφίσσειεν (quod caue cum quodam Viro docto in ἀπονοσφίσσοιεν aut ἀπονοσφίζοιεν mutes propter ἀτιμήσασα) clarius eſt expoſitum: ἀλλά σε δέξονται; alterum δὴ γὰρ θεοείκελός ἐσσι opponitur τοῖς, εἶδος ἀτιμήσασα, quae ita interpolator accepiſſe videtur: *non te, praeſtantis tuae formae nulla ratione habita, aedibus excludet.* Sed poetae mens eſt in ſuperioribus: *Nulla quidem facile, propter* εἶδος *tuum* γηραλεὸν *te non honorans*, i. e. *a ſe repellens, domibus te ſuis arceat.* Hinc, verba: δὴ γὰρ θεοείκελός ἐσσι, vix locum habere poſſe, facile intelligitur, cum εἶδος in antec. v. σὲ γηραλέην explicari debeat. V. v. 113. et 147. Vtcunque vero haec aliquam ad eleuandam verſus auctoritatem vim habere videantur; nunc, perpenſis omnibus, quibus ille ſuſtentari queat, rationes circumſpiciendi ſatius duco. Et priorem quidem verſus partem ſimplicitate orationis vere Homerica habes, quod defendas; alteri fauere videntur, quae infra poeta de Cerere ſubiicit v. 214 ſſ. nimirum *ex anili forma diuinae maieſtatis ſigna eluxiſſe.*

v. 160. Εἰ δὲ θέλεις, ἐπίμεινον, ἵνα] Εἰ δ' ἐθέλεις haud dubie et hic reſcripſiſſet Schraderus, quantum ex eius ad Muſae. v. 290. nota

nota colligas. Ceterum Brunkius V. III. pro *ἵνα* reponendum ſtatuebat: *ἕως πρὸς δ.* vt v. 138. citra omnem neceſſitatem, et verba ſic expedienda: *εἰ δὲ θέλεις, ἵνα πρὸς δώματα πατρὸς ἔλθωμεν, καὶ μητρὶ βαθυζώνῳ Μετανείρῃ εἴπωμεν τάδε πάντα* etc., *ἐπίμεινον.* Qua ratione verba illa, *εἰ δὲ θέλεις*, magis eriguntur, quae alias ſatis languent. Mox v. 162. reſcripſi ex emendatione Fonteinii eruditiſſimi: *αἴ κέ σ' ἀνώγῃ*, pro *ἀνώγει*, quod eſt in MS.

v. 166. *ἐκθρέψαιο, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο*] Negligentior paulo orationis ſtructura, quae deberet eſſe: *καὶ εἰ ἐκεῖνος ἥβ. μ. ἵ.* vel potius, *ὥςε ἵκεσθαι* etc. Ita Polyb. p. 617. ed. Hag. *εὔξασθαι θεοῖς ταύτην ἡμῖν ἐξουσίαν ὑπάρχειν, καὶ πολεμεῖν*, pro *ὥςε πολεμεῖν*, vti egregie animaduertit Reisk. in Animaduu. ad Auctt. Graec. T. IV. p. 434. Pariter Io. XIV. 16. *Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα.* — Vltima vere Homerica. Il. Λ. 225.

— *ἐπεὶ ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον.*

adde Od. Λ. 316. cf. Ruhnken. h. l.

v. 167. *Ῥεῖά κε τίς σε*] Brunkius V. Cl. hic et v. 222. reponere malit: *Ῥεῖά σε τίς κεν ἰδοῦσα.* ſine cauſa.

v. 168. *ἀπὸ θρεπτήρια δοίη.*] Cod. Moſc. *ἀποθρεπτήρια* coniunctim. Diuiſit hanc vocem

cem iam Ruhnkenii diligentia, quem h. l. conſule.

v. 171. 172. Ῥίμφα δὲ — ὦκα δὲ — ἡ δὲ μάλ' ὦκα] Cod. Moſc. ὦκα δὲ μητρὶ ἔννεπον, pro quo legendum haud dubie, vt euitetur eiusdem particulae moleſta repetitio: αἶψα. Sicque eo minus dubitandum reſcribere, quum Codicem Moſc. in eiusmodi particulis cum maxime variare deprehenderim. Sic, vt eiusdem ſignificationis immorer particulis, Cod. Moſc. H. in Vener. v. 67. ita exhibet:

Ὕψι μετὰ νεφέσι ῥίμφα πρήσσουσα κέλευθον.

cum vulgati teneant:

Ὕψι μετὰ νεφέεσσι θοῶς πρήσσουσα κέλευθον.

rectius haud dubie. — ὅσσ' εἶδόν τε καὶ ἔκλυον corrigebat Ruhnken. ſed ὡς εἶδον magis Homericum videtur; v. ad v. 137. Mox v. 173. καλέειν vitioſe Cod. Moſc.

v. 174. Αἱ δ', ὥστ' ἢ ἔλαφοι,] Sic e praeſtantiſſima Brunkii (in Append. not. ad Apollon. Rhod. I. 540.) correctione in contextu repoſui. Eadem forma apud Homer. Il. Π. 428. Od. K. 410. Quint. Cal. XIII. 72. Ruhnken. laudat Homer. Il. O. 270. Codex exhibet: αἱ δ' ὥς τοι ἔλαφοι. Ad ſententiam Longus Ποιμ. l. II. p. 58. ed. Villoiſ. de Tityro: ἥλλετο κοῦφα, βαδίζων ὥσπερ ἔριφος. Anacreon LXI. v. 9. de puella:

Digitized by Google

Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι,
Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.

quem locum recte admouent Horat. III. XI. 9.

Quae, velut latis equa trima campis,
Ludit exſultim metuitque tangi.

adde Euripid. Bacch. 167-70. Conf. Villoiſ. ad Longum, Animaduu. p. 142. — εἴαρος volebat Ruhnkenius; ſine cauſa.

v. 176. ἐπισχόμεναι ἑανῶν πτύχας] Apte Ruhnken. V. Cel. (in praef. p. XIII.) hiſce Catulliana admouit, Epithal. Pel. et Thet. 128. de Ariadna:

Tum tremuli ſalis aduerſas procurrere in vndas
Mollia nudatae tollentem tegmina ſurae.

vbi, reiecta aliorum, *tegmina ſurae* inepte (nam quid tandem eſt *tollere cothurnos?*) de *cothurno* accipientium, interpretatione, vnicam, quae crura tegebat, veſtem debere intelligi, e noſtro loco recte adſeruit idem Vir celeberrimus. Simile Catullo phantaſma exhibet pictura apud Achill. Tat. I. p. 3. ed. Commel. de puellis, quibuscum Europa in prato luſerat. En ipſarum σχῆμα cum Ariadneo prorſus congruens: κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι (Catull. v. 63.

Non flauo retinens ſubtilem vertice mitram.

cf. v. 178. in noſtro H.) τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμέναι (Catull. v. 129.

Mollia nudatae tollentem tegmina ſurae.

et

et in noſtro v. 176.) τὸ γὰρ ζῶμα (ſic ſcr. cum Villoiſono ad Long. p. 17.) μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. — τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξασαι πρὸς τὴν θάλατταν. (Catull. 126.

Ac tum praeruptos triſtem conſcendere montes,
Vnde aciem in pelagi vaſtos protenderet aeſtus.)

et paulo poſt: ἐπέβαινον ἄκρας τῆς θαλάττης, ὅσον ὑπεράνω μικρὸν τῶν ταρσῶν ὑπερέχειν τὸ κῦμα. (Catull. 128.

Tum tremuli ſalis aduerſas procurrere in vndas.)

Cum Homero contende Apollon. Rhod. III. 875. ibique Brunk. adde eiusd. IV. 43.

Γυμνοῖσι δὲ πόδεσσιν ἀνὰ στεινὰς θέεν οἴμους
Λαιῇ μὲν χερὶ πέπλον ἐπ᾿ ὀφρύσιν ἀμφὶ μέτωπα
Στειλαμένη, καὶ καλὰ παρήϊα, δεξιτέρῃ δὲ
Ἄκρην ὑψόθι πέζαν ἀερτάζουσα χιτῶνος.

πόδες ibi dicuntur γυμνοὶ, *ſublato crurum ſ. ſurae tegmine.* Theocrit. Adoniaz. v. 34.

Λύσασαι δὲ κόμαν, καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι
Στήθεσι φαινομένοις λιγυρᾶς ἀρξώμεθ᾿ ἀοιδᾶς.

Ita quoque Propertii II. 15. 15.

Protinus et *nuda* choreas imitabere *ſura*·
Omnia ab externo ſint modo tuta viro.

de *veſte altius adſtricta*, explicandum, quicquid contra moliantur Paſſeratius et Burmann. Id quod docet vel verſus minor:

Omnia ab externo ſint modo tuta viro.

et firmat Longus I. p. 5. ed. Villoiſ. ζῶμα περὶ τὴν ἰξὺν — τὸ πᾶν σχῆμα, χόρεια ἦν ὀρχουμένων.

v. 177. ἀμφὶ δὲ χαῖται] Homer. Il. Z. 509.

— — — ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὤμοις ἀΐσσονται.

notante Ruhnken. cf. Valkenar. ad Euripid. Hippol. v. 201. adde Nonnum, qui hunc locum ſublegiſſe videtur, Dionyſ. VI. 16. de eadem Dea:

— — — ὀπισθοπόρων δὲ κομάων
Ἄπλοκον ἀσταθέεσσιν ἐσείετο βόστρυχον αὔραις.

Talis vero haec Dea conſpicitur in Gorii Muſ. Etruſc. T. I. tab. 48. — κροκηΐῳ ἄνθει ὁμ. Sic Theocritus dixit ξάνθοιο κρόκου θυόεσσαν ἔθειραν.

v. 181. ὄπισθε — στεῖχε κατακρῆθεν κεκαλυμμένη] tanquam pudore ſuffuſa. Q. Calaber XIV. 45. de Helena:

Καί ῥα καλυψαμένη κεφαλὴν ὑπένερθε καλύπτρῃ,
Ἕσπετο νισσομένοιο κατ' ἴχνιον ἀνδρὸς ἑοῖο
Αἰδοῖ πορφύρουσα παρήϊον.

v. Schra-

v. Schrader. ad Muſaeum v. 195. et Wedelium in Exercitatt. med. philol. Dec. VI. p. 54. *Ceres velata* occurrit quoque in numis Siculis. v. Burmann. ad Doruillii Sicula p. 452. adde Gor. Muſ. Etr. II. p. 126. et T. I. t. 48. 49. Ceterum egregie Cereris perſonam tuitus eſt poeta cum in hoc, tum quod v. 193. ſſ. ſubiicit.

v. 182. *πέπλος — ἐλελίζετο ποσσίν*] Talis exhibetur in Gor. M. Etr. I. t. 47. qui recte monet (II. 126 ſſ.) Deorum maieſtatem veſte ad terram demiſſa exprimi. vide Broukhuſ. ad Tibull. I. 7. 46. Sic de Venere, Deam faſſa, Virgil. Aen. I. 404.

— — *pedes veſtis defluxit ad imos,*
Et vera inceſſu patuit dea.

Apud Phigalenſes Cereris ſimulacrum ita adornatum fuiſſe, teſtatur Pauſanias Arcad. XLII. p. 686. *καθέζεσθαι μὲν ἐπὶ πέτρα — χιτὼν δὲ ἐνεδέδυτο καὶ ἄκρους τοὺς πόδας.* Cum Homerica dictione conuenit Propert. III. 15, 32.

Et *feries nudos veſte fluente pedes.*

v. 190. *πλῆσεν δὲ θύρας σέλαος*] Claudian. R. P. I. 8. 9.

Iam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus, *et claram diſpergere culmina lucem*
Aduentum teſtata dei.

 Res

Res ſatis nota. v. Barth. ad Claudian. l. l. et quae laudat Ruhnken. Mox v. 192. ὡραφόρος vitioſe Cod. Moſc.

v. 195. de Iambe res nota. v. Etymol. M. h. v. et Heyn. ad Apollod. I. 5. 1. Nicandri Scholiaſten hunc locum ob oculos habuiſſe, vidit iam Ruhnkenius. Verba illius, vti in praeſtantiori Codice Gottingenſi leguntur, huc transferre non grauabor, (Alexiph. 130.) Ἰστέον, ὅτι τῆς Κόρης, ἤγουν Περσεφόνης, ἁρπαγείσης ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος ἡ μήτηρ αὐτῆς, ἡ Δηὼ, νῆστις περιήρχετο ζητοῦσα αὐτήν. καὶ δὴ περιερχομένη, καὶ ζητοῦσα αὐτην, ὑπεδέχθη ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Ἱπποθόωντος, ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, Μετανείρας. ἥτις Μετάνειρα παρέθηκεν αὐτῇ τράπεζαν, καὶ ἐκέρασεν αὐτῇ οἶνον. (ἐπὶ τῇ θλίψει recte abeſt.) Ἡ δὲ θεὸς οὐκ ἐδέξατο, λέγουσα μὴ θεμιτὸν εἶναι πιεῖν αὐτὴν οἶνον, ἐπὶ τῇ θλίψει τῆς θυγατρός. ἀλφίτων δὲ (αὐτὴν deeſt.) κυκεῶνα ἐκέλευσεν αὐτῇ κατασκευάσαι, ὃν δεξαμένη ἔπιεν. Ἰάμβη δέ τις δούλη τῆς Μετανείρας ἀθυμοῦσαν (male vulgatur ῥαθυμοῦσαν.) τὴν θεὰν ὁρῶσα γελοιώδεις λόγους καὶ σκώμματά τινα ἔλεγε πρὸς τὸ γελάσαι τὴν θεόν. ἦσαν δὲ τὰ ῥηθέντα, ἅπερ αὐτὴ πρῶτον εἶπε, (haec gloſſema τοῦ ῥηθέντα videntur, quae in vulgatis poſt ῥυθμισθέντα ponuntur, cum hac lectionis varietate: ὅπερ αὐτῇ —) ὑπ' αὐτῆς Ἰαμβικῷ μέτρῳ ῥυθμισθέντα. Ἰάμβη δὲ θυγάτηρ ἦν (hoc inſer-

Digitized by Google

inſertum) Ἠχοῦς. — ὅτι δὲ διὰ γλήχωνος ἔπιεν ἡ Δημήτηρ (τὸν omiſſ.) κυκεῶνα, καὶ διὰ τὴν χλεύην τῆς (inſert.) Ἰάμβης ἐγέλασεν ἡ θεὰ, ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις ὕμνοις (vitioſe ὕπνοις) λέγεται.

v. 201. πόθῳ μινύθουσα] Reſpexit h. l. Nonnus VI. 31.

— — — πιεῖν δ' ἠρνήσατο Δηὼ
Περσεφόνης μεθύουσα μελεδόνι·

vbi forte e noſtro corr. μινύθουσα μελεδ. Recte tamen et alterum, cuius loquendi vſum expoſuit Heynius ad Tibull. Obſſ. II. 1. 51.

v. 203. παρὰ σκώπτουσ' ἐτρ.] Cod. Moſc. παρασκώπτουσα τρέψατο. quam lectionem retinuit Pindemont. παρὰ σκ. ἐτρ. eſt ex emendatione Heynii V. S. ad Apollod. 1. 5. 1. p. 59. vt ſit παρετρέψατο σκώπτουσα. nam παρασκώπτουσα nullam vim habet. Idem nullam forte memoriam praeter Cleomedis locum II. p. 91. (vbi σώματος tanquam gloſſema expungendum.) huius moris ſupereſſe opinabatur l. l. p. 60. Curioſius mihi ſcrutanti ſeſe obtulit locus Ariſtophanis, qui in claſſicis habendus, Ran. 387.

Δήμητερ, ἁγνῶν ὀργίων
Ἄνασσα, συμπαραστάτει
Καὶ σῶζε τὴν σαυτῆς χόρον·
Καί μ' ἀσφαλῶς πανήμερον
Παῖσαί τε καὶ χορεῦσαι,
Καὶ πολλὰ μὲν γελοῖα μ' εἰ-

 Πεῖν,

Πεῖν, πολλὰ δὲ σπουδαῖα, καὶ
Τῆς σῆς ἑορτῆς ἀξίως
Παίσαντα καὶ σκώψαντα νι-
Κήσαντα ταινιοῦσθαι.

et Diodor. V. init. ἔθος δ' ἐστὶν αὐτοῖς ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις (τῶν θυσιῶν) αἰσχρολογεῖν κατὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, διὰ τὸ τὴν θεὸν ἐπὶ τῇ τῆς Κόρης ἁρπαγῇ λυπουμένην γελάσαι διὰ τὴν αἰσχρολογίαν. Apollodorus l. l. γραῖά τις, Ἰάμβη, σκώψασα τὴν θεὸν, ἐποίησε μειδιάσαι· διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις τὰς γυναῖκας σκώπτειν λέγουσιν. Hinc Clementi Alex. inſignis, quae ipſum deturpat, macula eſt abſtergenda, Paedag. II. p. 196. ed. Potter. γέλως ἐστὶν οὗτος μνηστηριώδης καὶ ἐξυβρίζων. vbi varia tentant magni nominis Viri, Hemſterhuſ. ad Heſych. et Toup. in Ep. Crit. p. 88. quorum alter γέλως κνηστηριώδης h. *pruritus ridendi, titillatioque continua* legendum cenſet, alter vulgatam Homeri Od. Σ. 99.

— — — ἀτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον.

defendit. Vterque, inprimis Toupius, vereor admodum, ne nimis docte. Corrige ſine haeſitatione: γέλως ἐστὶν οὗτος μυστηριώδης καὶ ἐξυβρίζων. Idem eiusdem cap. init. εἰ γὰρ γελοίως σχηματισθῆναι, καθάπερ ἐν ταῖς πομπαῖς ὁρῶνταί τινες, οὐκ ἂν ὑπομείναιμεν etc. γέλως μυστηριώδης eſt adeo *riſus effuſior*, et quidem, qualis in myſteriis conſue-

conſueuerat, σκωπτικὸς, hinc bene additum, καὶ ἐξυβρίζων.

v. 204. μειδῆσαι γελάσαι τε] Gradationem, quae his verbis ineſt, notauit iam Ruhnken. Adpoſite Etymol. M. v. ἀμείδητος. νύκτας τὰς Φρικτὰς, ἐν αἷς οὐκ ἐστὶ μειδιάσαι οὔτε γελάσαι.

Ibid. καὶ ἵλαον σχεῖν θυμόν.] „Homeri„cum fuiſſe videtur:

— — — καὶ ἵλαον ἔνθετο θυμόν.

„vt ad παρετρέψατο referatur: niſi praeferas:

— γελάσαι θ'. ἡ δ' ἵλαον ἔνθετο θυμόν.

Haec Heynius V. III. ad Apollod. I. 5. 1. p. 59. Et ſane verba ἵλαον ἔνθετο θυμὸν Homericae ſunt locutionis. e. g. Il. I. 635.

— — — σὺ δὲ ἵλαον ἔνθεο θυμόν.

ibid. 625.

— — — — — αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
Ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν.

quam tamen emendationem ipſa contextus reſpuere videtur ratio. Eſſet enim: *ipſa Iambe ſemet ipſam exhilarabat.* Hoc enim Graecae h. v. linguae ratio poſtulare videtur, id quod vel ex exemplis adductis liquet. Recepit tamen Wolf. Vero igitur mihi propius videtur, poetam ſcripſiſſe:

— — — καὶ ἵλαον σχέμεν ἦτορ

vel potius:

— γελάσαι τε καὶ ἵλαον σχέμεν ὀργήν.

 Iam

Jam vnde τὸ σχεῖν irrepſerit, in procliui eſt videre. Quae communior Infinitiui forma, praeterea quod ipſa textui ſe inſinuauerit, traxit comitem ſecum gloſſam: θυμόν. Sed genuina vox, librariorum flagitio τῷ θυμὸν ſedem ſuam cedere iuſſa, ſeruata eſt in v. ſequenti, de quo ſtatim plura. Voſſius vero vulgatam tuetur, et mediam τοῦ ἵλαον Homero ſemper produci, iisque in locis, vbi correpta videri poſſit, per συναίρεσιν eſſe pronunciandam, monet. Rectiſſime. Il. α. 147. et 583.

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἵλαος Ὀλύμπιος ἔσσεται ἡμῖν.

per ſynaereſin Il. B. 550.

Ἐνθάδε μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται.

v. 205. Putidiorem, atque magis ſcabrum verſum in tota antiquitate vix equidem vllum noui. Ruhnken. tamen μαλακοῖς φαρμάκοις huic verſui ita mederi conabatur:

Ἡ δή οἱ καὶ ἔπειτα μεθύστερον εὔαδεν ὀργαῖς.

Iambe etiam in poſterum ei placuit moribus ſuis, ſiue *Ceres etiam in poſterum delectata eſt Iambes dicacitate.* Sed ſic friget, quocunque te vertas, ſententia, nec, ſi ſeuerius agas, Iambae partes, *Cererem in poſterum exhilarandi*, recte dari poterant. Sed Gloſſator antiquus haud dubie voluit hoc: ἃ δὴ (ſc. μειδῆσαι, γελάσαι, et ἵλαος ὀργή.) αὐτῇ (Δήμητρι) καὶ ἔπειτα εὔαδεν ἐν ὀργίοις. *Scommata nimirum*, et *paulo effuſiorem hilaritatem*

Cereri

Digitized by Google

Cereri etiam deinde in Orgiis placuiſſe. — ἔπειτα, μεθύστερον, alterutrum debetur verſui vtcunque fulciendo, et ὀργαῖς ex antec. v. (niſi e gloſſa potius: ἐν ὀργίοις, praue vtique, ortum dicas) adſumtum nullam prorſus vim habet, niſi ſic iungere malis: οἱ — ὀργαῖς, quod dictum ſit pro: ὀργαῖς αὐτῆς. De Iambe certe nullo modo cogitare licet. Remittamus igitur Gloſſatori intempeſtiuam ſuam cum ſcabro verſu doctrinam. Ὀργὰς quidem de animi adfectibus dici, res ſatis nota. v. Ruhnken. ad h. l. et ad Xenoph. Memorab. Socr. II. VI. §. 5. Markland. ad Propert. II. 7, 43. Musgrav. ad Euripid. Med. 12. Heringam in Obſſ. c. VI. p. 49. et Rhoer. ad Porphyr. de Abſtin. III. p. 285.

v. 207. ἀνένευσ᾽. οὐ γὰρ θεμιτόν τοι.] MS. ἀπένευσ᾽. — θεμιτὸν γ᾽ οἱ, corrigebat cum Voſſio Ruhnken. cui Schol. Nicandri ſic legiſſe videbatur. Nimirum vulgata exemplaria ibi habent: μὴ θεμιτὸν εἶναι πιεῖν αὐτῇ οἶνον. Rectius tamen Cod. Gotting. πιεῖν αὐτὴν οἶνον. id quod vel verborum collocatio docet. Mox ἔφασκεν et ἀμφὶ (pro ἄλφι) vitioſe Cod. Moſc. vti v. 209. τερίνῃ.

v. 211. ὁσίης ἐπέβη] Ita dedi e praeclara et docta ingenioſiſſimi Voſſii coniectura, cum Cod. offerat: ὁσίης ἕνεκεν, de qua formula v. Reisk. animaduu. ad Dio. Caſſ. p. 131. Rariorem loquendi rationem ὁσίης ἐπιβῆναι illuſtrauit Ruhnken. H. in Mercur. v. 173.

ἀμφὶ

— — — ἀμφὶ δὲ τιμῆς
Κἀγὼ τῆς ὁσίης ἐπιβήσομαι, ἧσπερ Ἀπόλλων.

et Heſiod. Theog. 396. quibus adde H. in Mercur. 166. Odyſſ. X. 424. εὐσεβίας ἐπιβαίνειν Sophocl. Oed. Colon. v. 182. τερπωλῆς ἐπιβαίνειν Apollon. Rh. IV. 1165. ἀπληστίας ἐπιβαίνοντες, Porphyr. de Abſt. II. p. 150. vti egregie corr. Abreſch.

v. 213-215. Ad ſententiam horum vv. Homer. H. in Vener. 131. 2.

Ἀλλά σε πρὸς Ζηνὸς γουνάζομαι ἠδὲ τοκήων
Ἐσθλῶν, οὐ γάρ τοίγε κακοὶ τοιόνδε τέκοιεν.

Od. Δ. 60. ff.

— — καὶ χαίρετον — — —
— — — — οἵτινες ἐστὸν
Ἀνδρῶν· οὐ γὰρ σφῷν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων,
Ἀλλ' ἀνδρῶν γένος ἐστὲ διοτρεφέων βασιλήων,
Σκηπτούχων, ἐπεὶ οὔ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν.

Od. Ω. vv. 251. 2. et Theocrit. mox in medium producendi. *v.* 214. ita in Cod. legitur, ἐπεί τοι πρέπει ὄμμασιν αἰδώς. Sed αἰδὼς h. l. parum aptum, id quod vel e comparatione liquet: ὡσεί περ τε θεμιστοπόλων βασιλήων (v. Homer. Il. Γ. 169. 70. Coluth. 261. Ἀγλαΐην μὲν ἔοικας ἀριζήλῳ βασιλῆϊ.)

in

in quibus maieſtas vultus et pulchritudo ſpectabatur. Scr. εἶδος. Emendationi meae magnum robur additur ſimillimo Homeri (Odyſſ. Ω. 251. 2.) loco:

Οὐδέ τί τοι δούλειον ἐπιπρέπει εἰσοράασθαι
Εἶδος καὶ μέγεθος· βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας.

et Theocrit. XXV. 38.

— — ἐπεὶ οὔ σέ γε φημὶ κακῶν ἐξ
Ἔμμεναι, οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτὸν,
Οἷόν τοι μέγα εἶδος ἐπιπρέπει.

Vti in noſtro loco εἶδος καὶ χάρις iunguntur, ita apud eundem Od. ζ. 237. κάλλος καὶ χάρις. *Oculi* vero regiam ſ. diuinam illam maieſtatem prodebant in Cerere. Sic regium Agamemnonis vultum deſcribit Il. B. 479.

— — — μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων
Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ.

Sic Venus *oculis* Aeneae *adflat honorem* Virgil. Aen. I. 591. Si vel ſic αἰδὼς teneas, pariter explicandum erit de *oris dignitate*, qua ad reuerentiam impellimur erga alios. Quae notio certe τῷ αἰδοῖος ſubeſt. E. g. Od. VIII. 22. Adpoſite vero ad vulgatum αἰδὼς Pindar. Olymp. VII. v. 164.

— — δίδοι τέ οἱ αἰδοίαν χάριν,
Καὶ ποτ' ἀστῶν καὶ ποτὶ ξείνων·

adde Pyth. IV. 50. 51.

v. 217.

v. 217. ἐπὶ γὰρ ζυγὸς αὐχένι κεῖται] Alcaeus Meſſ. XVI. 3. (in Collectione Brunk. I. p. 490.) de Xerxe et Tito:

'Αλλ' ὁ μὲν Εὐρώπᾳ δοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων
"Ηλθεν· ὁ δ' ἀμπαύσων 'Ελλάδα δουλοσύνας.

Aeſchyl. Prometh. v. 108. ἀνάγκαις ταῖς δ' ὑπέζευγμαι τάλας. adde Mnaſalc. XVI. 1. in Brunk. Coll. I. p. 193.

v. 220. "Ωπασαν ἀθ.] Mire placet vetuſtus hic loquendi modus, cum ſacris libris congruens. 'Οψίγονον explicat Catull. LXIII. v. 27.

Reddite in extremae nuper mihi fine ſenectae.

— πολυάρητος poſt Ruhnkenium in textu dedi, ſecutus Homer. Od. T. 404.

Αὐτόλυκ' αὐτὸς νῦν ὄνομ' εὕρεο, ὅτ, τι κε θείης
Παιδὸς παιδὶ φίλῳ· πολυάρητος δέ τοι ἐστι.

Cod. habet: πολυήρατος.

v. 227. Θρέψω τ'.] Ceres nimirum dea κουρότροφος. Inter Hymnos Orph. XXXIX. v. 2.

Σεμνὴ Δήμητερ, κουροτρόφε, ὀλβιοδῶτι.

Pariter *Iacchum* educaſſe dicitur. v. Suid. h. v. *Orthopolin*, v. Pauſan. I. 5. in fine. Talis quoque occurrit in Gemma Claudii apud Beger.

Digitized by Google

ger. in Theſ. Brandeb. T. I. p. 619. quam, cum vnica fere ſit, quae Cererem κουρότροφον exhibeat, huc transferri iuſſi.



Ceterum θρέψω τ'. οὔ reſcripſi cum Voſſio; Codex tenet: θρέψω. κοὺ etc. Tum vero

θρέψω

θρέψω omni nexu deſtituitur. Accedit, quod κού, pro καὶ οὐ apud Homerum, notante Ruhnken. non reperiatur.

v. 228. Οὔτ' ἄρ' ἐπηλυσίῃ δηλήσεται οὐδ' ὑποταμνόν] Vulgaris nimirum inualuerat ſuperſtitio, veneficiis, incantamentis, et quibusuis omnino malis dari ἀλεξιφάρμακα, quae, collo alligata, corpus tuerentur. Orphei de Lapid. v. 34. excitauit iam Ruhnken. adde Theophraſt. H. P. IX. c. 21. p. 1173. ed. Bod. ἀλλὰ τὰ εὐηθέστερα, καὶ ἀπιθανότερα, τά τε τῶν περιάπτων, καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς οἰκίαις. Quo loco Rhamnum potiſſimum reſpexiſſe videtur Theophraſtus, de quo vide Bod. ad III. 17. p. 258. — ἐπηλυσίῃ (pro quo vitioſe Cod. ἐπηλσίησι.) eſt ſecundum Heſychium ἐπῳδὴ φαρμάκων, notante iam Ruhnken. V. Cel. δηλήσασθαι verbum proprium hac de re. Theocrit. IX. 35.
— — τὼς δ' οὔτι πότῳ δαλήσατο Κίρκη. vbi Schol. explicat: προσέβλαψεν. Heſych. Δηλητήριον φάρμακον· βοτάνη θανάσιμος. adde Polluc. Onom. L. V. c. 27. Hinc opponuntur δηλητήρια φάρμακα τοῖς ἰᾶσθαι δυναμένοις apud Schol. Apollon. Rh. III. 200. — Οὐδ' ὑποταμνόν, *ab hoc vlcere manum abſtineo*, inquit Ruhnken. Neque vero cauteriis opus eſt, vbi ſana omnia, et interpretatione potius res expedienda. Τέμνειν, ſ. quod Homero aeque frequentatur, τάμνειν, ὑπο-

ὑποτάμνειν proprie de *herbis ſucciſis* adhiberi e *ῥιζοτόμοις* et al. ſatis, puto, notum eſt. Sic *φάρμακον τέμνειν* Apollod. I. VI. r. p. 19. ed. Heyn. Hinc, ſi poeta vulgarem ſequi voluiſſet formam, ſcribendum ipſi fuiſſet: *οὐδ' ὑποτμηθέν.* Sed adhibuit aliam paulo inſolentiorem formam, duce tamen analogia. Ita fere habes *Δίκταμνον*, quod huic bene admovit Ruhnken. in priori editione. *Noxias* vero ſeu *malas* (Tibull. I. 2. 51.) *herbas ſucciſas* intelligi debere, cum e v. *δηλήσεται* tum e ſeq. *ἀντίτομον* abunde liquet. Eadem notione capiendum erit v. ſ. *ὑλότομον.* Hos verſus adeoque ſic verterim: *Neque eum incantatio laedet, neque herba ſucciſa; noui enim multo efficacius, praeſentius quid, quo illi herbae in ſiluis reſectae occurram: Noui quoque, quo noxiis incantationibus reſiſtam.* Vides iam τῷ *ὑποταμνόν* opponi *ἀντίτομον* et v. 230. reſpondet *ἐπηλυσίη δηλήσεται. ἀντίτομον* optime illuſtrauit Heſych. notante iam Ruhnken. qui praeterea laudat Stanlei. ad Aeſchyl. Agam. 17. cuius exemplis adde Pindar. Pyth. Δ. 394. confer etiam Abreſch. in Animadu. ad Aeſchyl. III. p. 155. Cum v. 230. compara H. in Mercur. v. 37.

Ἦ γὰρ ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἔσσεαι ἔχμα.

vti egregie iſtum perſanauit acumen Ruhnkenii. Mox v. 232. vitioſe Cod. *Χερσί τ' ἀθανάτοισι.* et v. 234. *Δημοφόονθ'.*

v. 236. Pariter de Apolline H. in eundem V. 123.

Οὐδ' ἄρ' Ἀπόλλωνα χρυσάορα θήσατο μήτηρ
Ἀλλὰ Θέμις νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
Ἀθανάτῃσιν χερσὶν ἐπήρξατο· χαῖρε δὲ Λητώ.

Vt immortalitatem Demophonti pararet Ceres, corpus interdiu ambroſia perungit, et, vt omne, quod mortale erat, aboleretur, noctu igne purgat. Eadem fere ἀθανασίας Achilli a Thetide conciliandae ratio apud Apollon. Rhod. IV. 869. cf. Heyn. V. Ill. ad Apollod. III. 13. 6. p. 799. De Triptolemo eadem tradit Ouid. Faſt. IV. 553.

Inque foco pueri corpus viuente fauilla
Obruit, humanum purget vt ignis onus.

notante Ruhnkenio, qui recte contra Burmannum tenet: *onus*. Sic γαῖνον βάρος de corpore anima deſtituto, Euripid. Suppl. 121. e praeclara Musgrauii emendatione, quem vide, coll. Platonis Phaed. p. 386. De Ambroſia et nectare immortalitatem conciliantibus, nota omnia. Hinc ſuauiter Lucian. D. D. IV. in fine, τῆς ἀθανασίας πίνειν, pro *nectar guſtare*. Hactenus de ſententia poetae; iam de verbis diſpiciamus. ἔδων, οὐ θησάμενος, dura et horrida oratione dictum pro: οὔτ' ἐθήσατο; deberet ſaltem eſſe: θησάμενος ἦν. Sed demus hoc, quod largiri vix licet; nexu

omnino

omnino ſequentia: Δημήτηρ etc. cum antecedentibus deſtituuntur, et v. 239.

Νύκτας δὲ κρύπτεσκε πυρὸς μένει ἠΰτε δαλὸν

deſiderat in anteced. ἤματα μὲν χρίεσκε etc. cui ſuſpicioni fauet Apollonius Rhod. l. l. v. 870. 1.

Ἡ μὲν γὰρ βροτέας αἰεὶ περὶ σάρκας ἔδαιε
Νύκτα διὰ μέσσην φλογμῷ πυρός· ἤματα δ' αὖτε
Ἀμβροσίῃ χρίεσκε τέρεν δέμας, ὄφρα πέλοιτο
Ἀθάνατος, καί οἱ στυγερὸν χροῒ γῆρας ἀλάλκοι.

Sic contra in Hygino f. 147. *Ceres cum vellet alumnum ſuum immortalem reddere, interdiu lacte diuino alebat, clam in igne obruebat*, inſerendum *noctu* ante *clam* etc. cum Scheffero, aliisque. Hinc vero mihi ſimile videtur, hic duo verſus in vnum coaluiſſe.

v. 238. ἡδὺ καταπνείουσα h. e. καταστάζουσα, vel προστάζουσα, vt Pindar. Ol. VI. 126. ποτιστάζει Χάρις εὐκλέα μορφάν. Sed alterum magis ſolemne de Diis. Sic ἐμπνέειν μένος et ſim. paſſim de Diis apud Homerum. ὄλβον ἐπιπνείουσα paulo inſolentius de Veſta in eius Θυμ. v. 8. Claudian. R. P. III. 220.

Prima Venus campos, Ennaeaque rura maligno
Ingerit afflatu,

 vbi

vbi Geſnerum *affatu* retinuiſſe miror. Sed nec *ingerit* ibi ſanum. Lege:

Prima Venus campos, Ennaeaque rura maligno
Induit afflatu.

Induit floribus, tanquam veſte contegit Venus campos Ennaeos, *afflatu maligno* reſpectu Proſerpinae. Claudianus l. l. v. 230.

Itur in aeterno *veſtitos gramine campos.*

adde eiusd. de R. P. I. 188. *Veſtit iter comitata ſeges.* et de Bello Get. 319. — De Venere Virgil. Aeneid. I. 591.

Caeſariem nato genitrix lumenque iuuentae
Purpureum, et laetos oculis *adflarat* honores.

v. 240. *τοῖς δὲ μέγα θαῦμ' ἐτέτυκτο, ὡς προθαλὴς τελέθεσκε, θεοῖσι δὲ ἄντα ἐῴκει*] Hygin. f. CXLVII. Itaque, praeterquam ſolebant mortales, creſcebat, et ſic fieri cum mirarentur, parentes eum obſeruauerunt.

v. 242. *Καί κεν μιν ποίησεν*] vitioſe Cod. *ποίησα* e v. 261. — *ἀγήρων τ' ἀθάνατόν τε.* Haec eſt fere, quam de natura diuina conceperant, antiquior notio. v. infra 260. H. in Vener. 214. et 240. vid. omnino Pierſon. ad Moer. p. 4.

v. 249. *γόον — τίθησιν*] vt *ἄλγος τιθέναι* et ſim. Quam loquendi rationem exemplis

plis illuſtratam vide ſis in Daweſii Miſcellan. Crit. p. 438.

v. 253. ἀπὸ ἕο θῆκε] Vitioſe Moſc. ἄπω ἕο. Il. VI. 62.

— — — ὀδ' ἀπὸ ἕθεν ὤσατο χειρὶ
Ἥρω' Ἄδρηστον.

alia exempla pete a Ruhnken.

v. 256. Νήϊδες ἄνθρωποι] Carminis aurei v. 55.

Τλήμονες οἵ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶσιν
Οὔτε κλύουσι — — — —
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένα.

et Mimnerm. II. v. 3. (in Brunk. Anal. I. p. 60.)

— — — ἄνθεσιν ἥβης
Τερπόμεθα πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακὸν,
Οὔτ' ἀγαθόν.

Orpheus (in fragm. ed. Geſner. p. 394.)

Θῆρες τ' οἰωνοί τε, βροτῶν δ' ἀλιτήρια φῦλα,
Ἄχθεα γῆς, (ſic interpung.) εἴδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν
Εἰδότες, οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι
Φράδμονες, οὔτ' ἄποθε μάλ' ἀποστρέψαι κακότητος,
Οὔτ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι τε καὶ ἔρξαι

Ἴδριες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι.

v. 258. ἀφραδίῃσι — ἀάσθης] Apollon. Rhod. IV. 412.

— — — ἐπεὶ τοπρῶτον ἀάσθην
Ἀμπλακίῃ, θεόθεν δὲ κακὰς ἤνυσσα μενοινάς.

v. 262. οὐκ ἔσθ' ὥς κεν — ἀλύξοι] Orph. Argon. 104.

Ἀλλ' οὐκ ἔσθ' ὑπαλύξαι ἃ δὴ πεπρωμένα κεῖται.

adde Il. φ. 565. laudante Ruhnken. Ceterum ἔσθ' liquido extat exaratum in Cod. Moſc. at idem tenet ἀλύξαι, quod bene correxit Ruhnken.

v. 263. Τιμὴ δ' ἄφθιτος] Si, quae antecedunt, accurate expendas, poetam parum ſibi conſtare videri, animaduertes. Nam v. 261. ἄφθιτον ὤπασα τιμὴν, niſi Metanirae imprudentia rem turbaſſet; νῦν δ', adeoque immortalitate excidet. Sed v. 263. ſic expediendus: *Vel ſic tamen diuini honoris particeps fiet, quod ipſum vlnis geſtauerim.* De Triptolemo diuinitus culto Pauſan. Attic. 38. p. 93. Ἐνταῦθα ἅλως καλουμένη Τριπτολέμου, καὶ βωμὸς δείκνυται. Idem Attic. c. 14. ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην, ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται, καὶ Κόρης, ἐν δὲ τῷ Τριπτολέμου κείμενόν ἐστιν ἄγαλμα. Cicero Verr. IV. *Ante aedem Cereris in aperto ac propatulo loco ſigna*

Digitized by Google

ſigna duo ſunt, Cereris vnum, alterum Triptolemi, et pulcherrima et perampla. Hinc Statius Silu. IV. 2. 35. *Triptolemum* vocat *aethereum*, tanquam Deum, ſi Begerum, l. mox laudando, audias. Sed, ſi Statium bene novi, *Triptolemus aethereus* eſt *curru per aetherem inuectus*. Triptolemus vero in monumentis antiquis corona e ſpicis et papauere contexta, quae diuinum ipſi tributum honorem teſtatur, ornatus conſpicitur. v. e. Beger. Theſ. Brandeb. T. III. p. 287. Ceterum vitioſe Cod. ἄφθιτον, quod irrepſit e v. 261. — καὶ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἴαυσεν. Homer Od. Λ. 260.

Ἡ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι.

v. 265. Ὥρῃσι δ' ἄρα τῷ γε] Fonteinius V. Cl. emendabat: Ὥρῃσι δ' ἄρα τοῦ γε, *matura eius aetate.* Parum apte. Imo ſententia efflagitat illud τῷ γε, quod vertendum: *quare, quapropter*, nempe ob Metanirae imprudentiam. Τῷ γε pro διὰ τοῦτο vbique occurrit, e. g. Il. B. 354. Nec quempiam offendat, quod ὧραι τῷ ἐνιαυτοὶ hic iungantur. Sic H. in Apoll. v. 350.

Ἂψ περιτελλομένου ἔτεος, καὶ ἐπήλυθον ὧραι.

v. 267. ἐν ἀλλήλοισιν ἀέξουσ' ᾗ.] Sic reſcripſi ex emendatione praeclara Voſſii. Male Cod. Moſc.

Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι συναυξήσουσ' ἤματα πάντα.

vbi ex ἀλλήλοισιν ſequenti verbo adhaeſit συν, et ἀέξουσι in communiorem formam mutatum eſt a librario rei metricae ignaro. Ceterum belli ciuilis, quod inter Eleuſinios ortum hic memoratur, nuſpiam apud veteres ſit mentio; niſi forſan huc trahere licet, quod ex Aceſodoro memorat Schol. Sophocl. Oed. Col. 1046. et Stob. Serm. XXXVIII. vid. Intpp. ad Marm. Oxon. p. 246. et p. 299. Alios tumultus innuit Pauſan. in Corinth. c. XIV. init. conf. Valeſ. ad Harpocrat. p. 261.

v. 269. Ἀθανάτοις θνητοῖς τ' ὄνιαρ καὶ χάρμα τέτυκται.

Ad ſententiam poetae H. in Venerem v. 31. 32.

Πᾶσιν δ' ἐν νηοῖσι θεῶν τιμάοχός ἐστι,
Καὶ παρὰ πᾶσι βροτοῖσι θεῶν πρέσβειρα τέτυκται.

de Cerere τιμαόχῳ Ariſtoph. Θεσμοφ. 293. — ὄνιαρ dedi in textu, monente Voſſio V. Cl. Vocabulum ὄνειαρ bis occurrit apud Heſychium, vnde, altero loco alteram huius vocis formam, ὄνιαρ, quam et vocum ſeries efflagitat, reponi debere acute vidit idem Vir ſagaciſſimus. Aliter huic loco mederi conatus eſt Ruhnkenius, nimirum:

Ἀθανάτοις θνητοῖσι τ' ὄνειαρ χάρμα τ' ἐτύχθη

vel ἐτύχθην. ὄνειαρ hic de Cerere vti de καθαρμῷ Orpheus Argon. v. 38.

Ἀγνο-

Ἀγνοπόλον τε καθαρμὸν, ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ.

Sic de Aeſculapio χάρμα in eiusdem H. v. 4. χάρμα μέγ' ἀνθρώποισι.

v. 273. ἐμὸν νόον ἱλάσκοισθε.] Vitioſe Cod: Moſc. ἐμὸν νηὸν ἱλ. Ceterum cum hoc et ſuperiori v. 269. cf. ſimilem locum Heſiodi Theogon. v. 414-418.

v. 274. Ὣς εἰποῦσα θεὰ, μέγεθος καὶ εἶδος ἄμειψε
Γῆρας ἀπωσαμένη.

Ruhnken. corr. μέγεθός τε καὶ εἶδος ἄ. „quia καὶ ſemper corripitur ante vocalem." Ex infinitis paene, quae contrarium euincant, exemplis excitare mihi, pace Viri eruditiſſimi, liceat Homer. Il. III. v. 392.

Κάλλεΐ τε στίλβων, καὶ εἵμασιν· οὐδέ κε φαίης etc.

quod ideo elegi, quia τό τε, a poeta iam poſt κάλλει adpoſitum, infarciri nequit, quo quidem emblemate multos, rei proſodicae parum intelligentes Criticos ſaepenumero abuti videas. Ceterum inſigne βραχυλογίας exemplum h. l. animaduertere licet. μέγεθος ἄμειψε eſt *maiorem, auguſtiorem adſumſit formam mutata illa decrepita.* Pariter Ariſtoph. Auu. v. 117.

Εἶτ' αὖθις ὀρνίθων μεταλλάξας φύσιν,

h. *mutata natura humana, adſumtaque auium*

 natura,

natura, vt bene expedit Eruditiſſimus Beckius. Euripid. Bacch. v. 1329.

Ἐκθηριωθεῖσ᾽ ὄφεος ἀλλάξει τύπον.

h. *Harmonie, exuta humana forma, in ſerpentem mutabitur*. Alia vide ſis apud Valkenaer. in Diatr. Euripid. p. 246. 47.

v. 276. Ὀδμὴ δ᾽ ἱμερόεσσα θυηέντων ἀπὸ πέπλων
Σκίδνατο.

Veſtes, comas, totumque adeo corpus Deorum vnguentis perfuſum, adeo, vt odor ipſorum praeſentiam prodat, deſcribi poetis, ſatis peruulgatum. v. Euripid. Hippol. v. 1391. ibique Valkenaer. Aeſchyl. Prometh. Vinct. 115. ibique doctiſſ. Schützium. Suauiter hinc Moſchus Eid. II. 91. de tauro Europam auecturo:

— — — τοῦδ᾽ ἄμβροτος ὀδμὴ
Τηλόθι καὶ λειμῶνος ἐκαίνυτο λαρὸν ἀϋτμήν.

Vti vero Dii ſuaui odore omnia exhilarant, ita Furiae *nube* ingrati odoris *inficiunt penates* apud Papin. Stat. Theb. I. v. 124. Vide omnino, ne rem notam longius perſequar, Spanhem. ad Callimach. H. Apoll. v. 38. Heyn. V. Ill. ad Virgil. Aen. I. 404. p. 124. et Wernsdorf. V. Cl. in Poett. min. T. III. p. 210.

v. 278. — ξανθαὶ δὲ κόμαι κατενήναθεν ὤμους.

Ruhnken. reponere geſtiebat: ξανθὴ δὲ κόμη, ſine

ſine probabili ratione. Mox v. 279. αὐγῆς egregie correxit idem Vir cel. cum Cod. Moſc. exhibeat αὐ7ῆς, ductu τοῦ 7 in ſuperiori parte male ad ſiniſtram directo. Idem v. 282. recte dedit ἐλεινὴν pro ἐλεεινὴν, quam ſcripturam ſeruat Cod. Moſc.

v. 288. ἐλούεον] Haec forma nobis ſuſpecta eſt, inquit Ruhnken. ad h. l. Quid ſi legas:

Ἀγρόμεναι δέ μιν ἀμφὶς ἐλούοντ' ἀσπαίροντα.

v. 292. Δείματι παλλόμεναι] Apollon. Rh. IV. 53.

— τρομερῷ δ' ὑπὸ δείματι πάλλετο θυμός.

Nonnus Dionyſ. I. v. 55.

— — — — ὑπὲρ πόντοιο δὲ κούρη
Δείματι παλλομένη βοέῳ ναυτίλλετο νώτῳ.

v. 295. Ὣς ἐπέτελλε θεὰ] Voſſ. et Fontein. corr. ὅσσ' ἐπέτελλε θεὰ, fruſtraneo conatu. v. ad v. 137. adde Hymn. in Apoll. v. 111.

— — — ἔπεα πτερόεντα προσηύδα
Πάντα μάλ' ὡς ἐπέτελλον.

v. 297. Ἤνωγ' ἠ. Δημήτερι] Vitioſe Cod. Moſc. ἠνώγει et Δημήτορι.

v. 300.

v. 300. ὁ δ' ἀέξετο δαίμονος αἴσῃ.] Hunc locum ob oculos forſan habuit Papin. Statius Silu. III. I. v. 19. de Herculis Surrentini aede:

— — — ſtupet ipſe labores
Annus, et anguſto biſſeni limite menſes
Longaeuum mirantur opus. deus adfuit, arces
Erexitque ſuas.

et ſupra v. 10. de eadem aede:

Vnde haec aula recens? — — —
— ſunt *fata Deum*, ſunt *fata locorum.*

Idem de equo Domitiani Silu. I. 1. v. 61.

Nec longae traxere morae; iuuat ipſa labores
Forma Dei praeſens, operique intenta iuuentus
Miratur plus poſſe manus.

v. 301. Αὐτὰρ ἐπεὶ τέλεσαν καὶ ἐρώησαν καμάτοιο.

Verſus hic iuſto longior extat in Cod. Moſc. atque ſic quidem:

Αὐτὰρ ἐπεὶ ἐτέλεσσαν, καὶ ἐρώησαν καμάτοιο.

quem ſuis limitibus circumſcripſit Valkenarius doctiſſimus. Mox v. 302. reſcripſi cum Wyttenbachio: Βὰν ῥ' ἴμεν, cum Codex teneat: βὰν δ' ἴμεν. Minus bene.

v. 305. Αἰνότατον δ' ἐνιαυτὸν] In malis, quae Cereris iram ſecuta ſunt, enarrandis ſimilem ſententiarum ſeriem deprehendere licet

cet apud Euripid. in Helena v. 1335. quem locum ideo huc transferre non grauabor:

Δρομαίων δ' ὅτε πολυπλανήτων
Μάτηρ ἔπαυσε πόνων
Μαστεύουσα πόρους
Θυγατρὸς ἁρπαγᾶς δολίους,
Χιονοθρέμμονας διαπέρα-
Σ' Ἰδαίαν Νυμφᾶν σκοπιάς.
Ῥίπτει δ' ἐν βένθει,
Πέτρινα κατὰ θρύα πολυνίφεα.
Βροτοῖσι δ' ἄχλοα πεδία γᾶς
Οὐ καρπίζουσ' ἀρότοις.
Λαῶν φθείρει γένναν,
Ποίμναις δ' οὐχ ἵει θαλερὰς
Βοσκὰς εὐφύλλων ἑλίκων.
Πολέων δ' ἀπέλειπε βίος,
Οὐδ' ἦσαν θεῶν θυσίαι,
Βωμοῖς τ' ἄφλεκτοι πέλανοι.

Alii aliter hanc exornarunt fabulae partem. Cererem combuſſiſſe frumenta tradit Diodorus Siculus L. V. init. *μετὰ δὲ τὴν ταύτης γένεσιν καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος ἁρπαγὴν, ἐμπρῆσαι πάντα τὸν καρπὸν, διά τε τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τὸν Δία, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ λύπην.* In Arcadicis fabulis Ceres in ſpeluncam ſeſe fertur abdidiſſe, eiusque abſentia *ἐφθείρετο μὲν πάντα ὅσα ἡ γῆ τρέφει, τὸ δὲ ἀνθρώπων γένος καὶ ἐς πλέον ἀπώλλυτο ὑπὸ λιμοῦ,* ſecundum Pauſan. in Arcadicis p. 685. c. 42. ed. Kuhn. Ouid. Metam. V. 477.

— — Ergo illic ſaeua vertentia glebas
Fregit aratra manu, parilique irata colonos

Ruri-

Ruricolasque boues leto dedit, aruaque iuſſit
Fallere depoſitum, vitiataque ſemina fecit.
Fertilitas terrae latum vulgata per orbem
Caſſa iacet: primis ſegetes moriuntur in herbis.

v. 306. Ποίησ' ἀνθρώποις] ἀνθρώποισι Cod. Moſc. repugnante metro.

v. 309. ἔμπεσε γαίῃ] h. εἰς γαῖαν, vti ſaepiſſime. Clarkius tamen ad Homer. Il. α. 593. et Θ. v. 156. mire argutatur, dum *decidere aliquo in loco* et *aliquem in locum* poetas diuerſo ſignificatu adhibuiſſe pronunciat. Vno tantum loco oſtendam, quam vana ſit haec ratio. Pindar. Iſthm. IV. 39.

Ἐκ λεχέων ἀνάγει Φάμαν παλαιὰν
Εὐκλεῶν ἔργων. ἐν ὕπνῳ
Γὰρ πέσεν.

Latini quoque adoptarunt hoc ſtructurae genus. Statius in Achill. I. v. 43.

Non potui infelix, cum primum *in gurgite noſtro*
Rhoetaeae *cecidere* trabes, etc.

v. 311. γεράων τ' ἐρικυδέα τιμὴν] τιμὴ γεράων in v. ſ. diſertius expoſitum per θυσίας. Vtrumque pariter coniunctum videas in Oraculo Phigalenſibus dato apud Pauſan. in Arcad. XLII. p. 686.

Νοσφισθεῖσα γέρα προτέρων, τιμάς τε παλαιάς.

Τιμή,

Τιμὴ, honor, quo deos proſequimur, ſacrificium. Virgil. Aen. I. 46.

— et quisquam numen Iunonis adoret
Praeterea, aut ſupplex *aris imponat honorem?*

Plura ſi vis, adi Cuper. Obſſ. c. 3. p. 167. et Schüz. V. Cl. ad Aeſchyl. ſeptem adu. Th. v. 15.

v. 313. Εἰ μὴ Ζεὺς ἐνόησεν] In diuerſa abeunt Veteres, vbi legationis huius mentionem iniiciunt. Apud Euripidem Hel. v. 1353. Iupiter Gratias et Muſas ablegat:

Ἐπεὶ δ' ἔπαυσ' εἰλαπίνας
Θεοῖς βροτείῳ τε γένει,
Ζεὺς μειλίσσων στυγίους
Ματρὸς ὀργὰς, ἐννέπει·
Βᾶτε σέμναι Χάριτες,
Ἴτε τὰν περὶ παρθένῳ
Δηοῖ θυμωσαμένᾳ
Λύπαν ἐξαλλάξατ' ἀλαλᾷ.
Μοῦσαι θ' etc.

In Arcadicis fabulis Parcae a Ioue ad Cererem delegantur. Pauſan. VIII. p. 686. πυθέσθαι δὲ τὸν Δία ταῦτα παρὰ τοῦ Πανὸς, καὶ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ πεμφθῆναι τὰς Μοίρας παρὰ τὴν Δήμητραν· τὴν δὲ πεισθῆναί τε ταῖς Μοίραις, καὶ ἀποθέσθαι μὲν τὴν ὀργὴν, ἀφεῖναι δὲ καὶ τῆς λύπης. Mox Ἥρην pro Ἶριν vitioſe MS. item Δημήτηρ' ἠΰκομον v. 315.

Digitized by Google

v. 316. Ὣς ἔφαθ'] Ante hunc verſum Iouis ad Iridem orationem elapſam ſuſpicabatur doctiſſimus Wyttenbachius. Quo ſane facile ducunt verba: ὣς ἔφαθ'. Enimuero, quo minus, vt hoc credam, perſuadear, retinet me locus perquam noſtro ſimilis v. 441. ſſ. vbi pariter poeta ſubiunxit ὣς ἔφατ'. cum tamen nec ibi directa oratio ſit:

Τοῖς δὲ μετ' ἄγγελον ἧκε βαρύκτυπος εὐρυόπα Ζεὺς
Ῥείην ἠΰκομον, Δημήτερα κυανόπεπλον
Ἀξέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν — — —

et ſequatur ὣς ἔφατ'. Mox v. 319. vitioſe Cod. Εὗρε δ' ἐν νηῷ.

v. 321. καλέει σε πατὴρ Ζεὺς ἄφθιτα εἰδώς,] Ruhnkenius, eiectis vocibus, σε πατὴρ, legendum arbitratur:

Δήμητερ, καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.

inductus Il. ω. v. 88.

Ὄρσο, Θέτι, καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.

Sed bene habet vulgata, et ἄφθιτα εἰδὼς dictum, vti αἴσιμα εἰδὼς, Odyſſ. Β. v. 234. et ξ. v. 433. ἀπατήλια εἰδὼς Od. ξ. 288. et ſim. Ariſtophani in Auu. v. 688. dii dicuntur ἄφθιτα μηδόμενοι.

v. 323. ἐμὸν ἔπος ἐκ Διὸς ἔστω.] Vt verſus recte incedat, inſerendum forte: ἐμόν γ' ἔπος ἐ. Δ. ἔ.

v. 325.

v. 325. Αὖτις ἔπειτα θεοὺς μάκαρας Ζεὺς
αἰὲν ἐόντας

Ita reſcripſi e certiſſima coniectura doctiſſimorum virorum Fonteinii et Waſſenberg. Male Cod. Moſc.

Αὖτις ἔπειτα μάκαρας θεοὺς αἰὲν ἐόντας.

v. 327. καὶ πολλὰ δίδον περικαλλέα δῶρα, τιμάς θ'] δῶρα et τιμαὶ ſunt munera alicui Deo propria. Sic Bacchus ἔχει, θιασεύειν τε χοροῖς etc. iuxta Euripid. Bacch. v. 377. Il. ε. v. 428. de Venere:

Οὔ τοι, — — δέδοται πολεμήϊα ἔργα.

de igne Vulcano proprio Aeſchyl. Prom. 30.

Βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης.

et γέρας ibid. v. 38.

Ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας.

vide ibi Schüz. V. Cl. et, quos laudat Ruhnken., Hemſterhuſ. ad Lucian. T. I. p. 285. et inprimis Valkenar. ad Euripid. Hippol. v. 107. quorum exemplis adductis adde Eratoſth. c. VI. et, qui primus laudari debebat, Homer. H. in Merc. 467.

— — — Φιλεῖ δέ σε μητίετα Ζεὺς
Ἐκ πάσης ὁσίης, ἔπορεν δέ τοι ἄγλαα δῶρα
Καὶ τιμάς· σε δὲ φασὶ δαήμεναι ἐκ Διὸς
ὀμφᾶς,
Μαντείας θ', Ἑκάεργε, Διὸς πάρα, θέσφατα πάντα.

Sic e Cod. Moſcou. et noſtro loco ibi legendum atque interpungendum. Verum ex parte vidit iam Martinus.

v. 332. Πρίν γ' ἐπιβήσεσθαι, ἢ πρὶν γῆς καρπὸν ἀνήσειν
Πρίν γ' ἴδοι —

ἐπιβήσεσθαι pro ἐπιβήσεσθ' legi debere, monuit iam Voſſ. V. III. qui praeterea coniiciebat: ἢ πρὶν γ. κ. ἀ. pro οὐ πρὶν γῆς κ. ἀ. niſi οὐ ἐνεργέστερον videatur; neque enim ea hic obtinet ratio, qua v. 329. partic. οὐδὲ in ἠδὲ, eodem ſuadente, mutari debebat. Hic enim diuerſa ſunt inter ſe ἐπιβήσεσθαι et γῆς καρπὸν ἀνήσειν. — πρίν γ' ἴδοι, dedi, inſerto γε, ſecutus auctoritatem Ruhnkenii; ſi tamen Clarkianam audias rationem, absque metri damno illud abeſſe poteſt. Et abeſt ſane Il. VIII. 474.

Οὐ γὰρ πρὶν πολέμου ἀποπαύσεται ὄβριμος Ἕκτωρ
Πρὶν ὦρθαι παρὰ ναῦφι ποδώκεα Πηλείωνα.

niſi et ibi librariorum culpa excidiſſe credas. Sic Il. IX. v. 646.

Οὐ γὰρ πρὶν πολέμοιο μεδήσομαι αἱματόεντος
Πρίν γ' υἱὸν —

v. 344. Πόλλ' ἀεκαζομένη μητρὸς πόθῳ· ἡ δ' ἐπ' ἀτλήτων
Ἔργοις ἀθανάτων μακάρων μητίσατο βουλήν.

His vv. altius ſunt inflicta vulnera, quam vt, molli manu contrectata, ſanari queant. Videamus Codicis lectionem:

Πόλλ'

Πόλλ' ἀεκαζομένη μητρὸς πόθῳ ἠδ' ἐπ' ἀτλήτων
Ἔργοις θεῶν μακάρων μητίσετο βουλῇ.

Vnde Ruhnkenio dubium non eſt, quin corrigendum ſit: μητίετο βουλήν. Reliqua aliis emendanda transmittit. Voſſius verterat: *ſed illa nihil dum ceſſans Rebus felicium Deorum graue intendebat conſilium.* vnde ſuſpicabar, ipſum in animo habuiſſe:

— — — ἡ δ' ἀλλήκτως ſ. ἄλληκτον
Ἔργοις θεῶν μακάρων ὀλοὴν μητίσατο βουλήν.

Significauit deinde mihi, mentem ſuam fuiſſe:

— — — ἡ δ' ἔτ' ἄληκτον
Ἔργοις ἀθανάτων μακάρων μητίσατο βουλήν.

Sed, cum partic. ἔτι vix vllam vim habeat, praefero vel ſic, quod coniectura extuderam ἀλλήκτως, ſ. ἄλληκτον, tanquam Homero magis frequentatum. Santenii verſio:

— — — — at ipſa
Concilio Diuum graue conſilium intentabat.

prodit, et ipſum ἡ δ' cogitaſſe. Iacobs. in Emendatt. Spec. p. 5. ſic interpungendum atque legendum cenſebat:

Πόλλ' ἀεκαζομένη· μητρὸς πόθῳ εἶχετ' ἀτλήτῳ,
Ἔργοις δ' ἀθανάτων μακάρων μάλα μήνιε οὔλοις.

audaci conatu. Quod in textu repoſui, ſenſum ſane idoneum efficit, neque a Cod. mul-

 tum

tum abludit. Inſuper tamen Viris doctis expendenda propono:

— — — ἡ δ' ἐπ' ἀλιτρῶν
Ἔργοις ἀθανάτων μακάρων μητίσατο βουλήν.

Dii ἀλιτροὶ reſpectu Cereris, Diis iratae. Sic Claudian. de R. P. III. 326. de eadem Dea:

Impius errantem videat per rura, per vrbes
Iupiter.

vel:

— — — ἡ δ' ἀπατηλῶν
Ἔργοις ἀθανάτων ὀλοὴν μητίσατο βουλήν.

cui lectioni patrocinari videtur Orpheus Argon. v. 1190.

Ὥς ποτε Περσεφόνην τέρεν' ἄνθεα χερσὶ δρέπουσαν
Ἐξάπαφον συνόμαιμοι ἀν' εὐρύ τε καὶ μέγα ἄλσος.

v. 346. κρατὸς Ἀργειφόντης] Cod. Moſc. κρατερὸς Ἀργειφόντης, et v. 348. ἄνωγεν pro ἤνωγεν. inuito metro.

v. 352. Φῦλ' ἀμενηνὰ χαμαιγενέων ἀνθρώπων] σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνὰ homines pariter indigitat Ariſtoph. in Auu. et v. 686. ἀπτῆνας comice, quos noſter χαμαιγενεῖς. vide ibi Beck. V. Cl.

v. 357. — — μείδησεν δὲ ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς
Ὀφρύσιν.

Claudian.

Claudian. de Rapt. Proſ. II. 312. de Plutone:

— — — mox ipſe ſerenus
Ingreditur, facili paſſus molleſcere riſu,
Diſſimilisque ſui.

Nam perpetuo fere epitheto Pluto audit *ἀμειδὴς*, tanquam Plutarcho II. p. 1130. E. Ceterum pro *ἐνέρων* vitioſe Cod. *ἀνέρων*.

v. 362. *Μηδέ τι δυσθύμαινε λίην περιώσιον ἄλλων.*

Vix mihi temperaui, quin elegantiſſimam Wyttenbachii coniecturam:

Μηδέ τι δυσθύμαινε, Φίλη, περιώσιον ἄλλως.

in textu reciperem, quae, mea quidem ſententia, vnice vera eſt. Nam prima *τοῦ λίην*, quantum ſciam, ſemper Homero producitur, quod tamen ſeriores neglexere. Vide Valkenar. ad Hippol. in Diatr. c. VII. p. 65. Similiter Eldickius V. Cl. in elegantiſſimo Suſpic. ſpecimine Cap. V. p. 39. *τὸ λίην* in *Φίλην* abire iuſſit. Ἄλλων vero nullum ſenſum hic habet. *περιώσιον ἄλλων* occurrit apud Pindar. Iſthm. V. v. 3. Mox v. 363. pro *ἔσσομ'* offert Cod. *ἔσομ'*, vti paulo ante *θυσθύμαινε*.

v. 364. *ἐνθάδ' ἰοῦσα*] Ruhnken. legendum cenſebat: *ἐνθάδ' ἐοῦσα.* aequo iure poſſis: *ἔνθ' ἀνιοῦσα.* ſed et hac vulgata doctior. Ἰοῦσα eſt h. l. *redux facta.* Apollon. Rh. IV. 866.

Τὸν δ' ἄχος αἰνὸν ἔτυψεν, ἐπεὶ πάρος οὐκέτ' ἰοῦσαν
Ἔδρακεν, ἐξότε πρῶτα λίπεν θάλαμόν τε καὶ εὐνήν.

v. 365. Δεσπόζῃς πάντων, ὁπόσα ζώει τε καὶ ἕρπει,
Cod. δεσπόσεις, pro quo δεσπόζῃς legendum vidit iam Ruhnken. Hoc vero verbo poeta ad Proſerpinae cognomen Δέσποινα alluſiſſe videtur. Ad ſententiam poetae Claudian. de Rapt. Proſ. I. 59. de Plutone:

— — — quicquid vbique
Gignit materies, hoc te donante creatur,
Debeturque tibi.

vid. ibi Geſner. hinc Proſerpina *poſſedit dotale Chaos* apud eund. I. v. 28. et magis adpoſite II. 294.

— — quicquid liquidus complectitur aer,
Quicquid alit tellus, quicquid ſalis aequora verrunt,
Quod fluuii voluunt, quod nutriuere paludes,
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis
Lunari ſubiecta globo.

laudante iam Ruhnk. Cornut. de N. D. c. V. Καὶ Πλούτων δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ πάντων ὄντων φθαρτῶν μηδὲν εἶναι, ὃ μὴ τελευταῖον εἰς αὐτὸν κατάγεται, καὶ αὐτοῦ κτῆμα γίνεται. adde Orph. H. in Proſerp. v. 15. 16. Hinc Proſerpina cum claue, imperii inſignibus,

bus, in templo Iunonis Olympiae iuxta Pauſan. V. XX. p. 427.

v. 366. Τιμὰς δὲ σχήσηϛθα μετ' ἀθανάτοισι μεγίστας.

Ruhnkenius corr.

Ἀμφὶ δὲ τιμὰς ἕχησθα μετ' ἀθανάτοισι μεγίστας.

Neſcio, qua de cauſa.

v. 368. Οἵ κεν — ἱλάσκωνται] Ita reſcripſi cum Valkenar. et Ruhnk. Cod. habet ἱλάσκονται. Male. Mox v. 371. idem Cod. ἀνόρουσεν, inuito metro.

v. 371. — — — Αὐτὰρ ὅ γ' αὐτὸς Ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν μελιηδέα λάθρη.

Hunc et ſequentem verſum ob oculos habuit Apollodorus Bibl. I. 5. 3. Διὸς δὲ τὴν Κόρην ἀναπέμψαι κελεύσαντος, ὁ Πλούτων, ἵνα μὴ πολὺν χρόνον παρὰ τῇ μητρὶ καταμείνῃ, ῥοιᾶς ἔδωκεν αὐτῇ φαγεῖν κόκκον. μελιηδέα λάθρη Ruhnken. mutare geſtiebat in μελιηδέα δαῖτα. Si mutationi vtique locus eſſet, legerem ſane: μελιηδέ' ἐδωδὴν, vti infra v. 412. Sed λάθρη h. l. denotare videtur *inſidioſe*, vt Od. P. v. 80. et Theocrit. Eid. I. 96. λάθρη γελάοισα, et iungendum τοῖς, ἀμφὶ ἑ νωμήσας, quae ita vertas: *Pluto mali granum Proſerpinae comedendum dedit, inſidioſe, fraudulenter, cum illa agens, eo nimirum conſilio, ne illa omnes dies apud matrem maneret.*

 νωμᾶν

γωμᾷν pro *agitare, voluere animo* ſaepius Homero dictum, tanquam Od. XX. 257. κέρδεα νωμῶν. et XIII. 255.

Αἰεὶ ἐνὶ στήθεσσι νόον πολυκερδέα νωμῶν.

Hoc ſenſu Dupuy quoque h. v. accipi volebat in *Journal des Sçavans, Nov.* 1781. Voſſius tamen ſic legit, et interpungit:

— — — Αὐτὰρ ὅ γ' αὐτῇ
Ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν μελιηδέα, λάθρῃ
Ἀμφὶ ἑ νωμήσας,

h. ſenſu: Clanculum *Proſerpinae mali punici granum edendum dedit Pluto, dum eam prope ſe traheret, ne ſcilicet Mercurius ipſum prohiberet.* Vereor tamen, vt νωμᾷν hunc loquendi modum ferat. Santenius vertit: *clamque bipartiuit*, granum ſcilicet. Quicquid ſit, τὸ λάθρῃ tentari vtique nolim. Nam Pluto celabat Proſerpinam, quid inde ſequeretur. Hinc illa οὐ προειδομένη τὸ συμβησόμενον, κατηνάλωσεν αὐτόν. iuxta Apollodor. l. c. Hinc mala Punica in Myſteriis Eleuſinis habebantur in vetitis. v. Porphyr. de Abſtin. IV. p. 353. et Clem. Alex. Coh. adv. Gent. p. 16. ed. Potter.

v. 377. Ἡ δ' ὀχέων ἐπέβη, παρὰ δὲ κρατὺς Ἀργειφόντης —

Proſerpinam ex inferis curru et quidem ab ipſa Cerere reductam narrat quoque Schol. Pindari Olymp. VI. v. 161. λέγεται μετὰ τὴν ἁρπαγὴν ἡ Κόρη, ἣν ὑπέστη ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος,

τῶνος, εὑρεθεῖσα λοιπὸν ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς Δήμητρος, λευκοπώλῳ ἅρματι ἀνήχθη (leg. ἀναχθῆναι aut poſt λέγεται inſer. ὡς) εἰς τὸν Ὄλυμπον πρὸς τὸν Δία. Pindarum tamen epitheto λεύκιππος Proſerpinae dato hanc reſpexiſſe fabulam, praeter iſtum Scholiaſten vix quiſpiam putabit. Nec meliorem interpretandi viam iniiſſe videri debet *Boze in Memoir. de Litter.* T. IV. p. 657. qui Proſerpinam λεύκιππον, quatenus Lunae ſymbolum hoc numen creditum eſt, dictam opinabatur. Sed ratio huius epitheti ex aetate heroica eſt arceſſenda, vbi mores heroum ad Deos omnino transferebantur. Sic Ἀΐδης κλυτόπωλος et ſim.

v. 384. Στῆσε δ' ἀγὼν] Cod. Moſc. στῆσε δ' ἀγῶν'. Vnde mihi enaſcebatur ſuſpicio, an legi debeat: στῆσε δ' ὄχημ'. Sed Ruhnkenii στῆσε δ' ἄγων magis Homericum. Il. B. 557.

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

v. 386. — — — — ἡ δὲ ἰδοῦσα
Ἤϊξ' ἠΰτε μαινὰς ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλης.

Ruhnken. reponit: Ἤϊξ' ἠΰτε κέμμας. *Nam quis*, ait, *ſana mente praeditus matrem ad conſpectum filiae, quam periiſſe putabat, ex-*

ſultantem, Maenadi ſimilem facit? Quem ſequitur Santenius:

— — — haec virgine viſa
Exſilit, *hinnuleus* nemoroſi vt vertice montis.

Sed Maenadibus comparantur non irati neque furioſi ſolum, ſed omnino ii, qui ſummis animi commotionibus ſubito perturbantur. Sic Horatius ἐνθουσιῶν comparat ſe Maenadi Carm. III. 25. 8. Non ſecus in iugis Exſomnis ſtupet Euias etc. Ariadne luctu externata Stat. Silu. III. 5. 49.

Et quam quam ſaeui fecerunt Maenada planctus,

h. *Maenadi ſimilem reddiderunt.* Mire ſe torquet ad h. l. Gronou. in Diatrib. p. 225. Reſpexit Statius Catull. Epithal. Pel. 61. Pariter βακχεῖαν γόων dixit Euripid. Hecub. 684. ſi Musgrauium audias, ita reponentem pro βακχείων νόμων. Vulgatam quoque defendit Ill. Comes de Stolberg in Muſeo Germ. anni 1780. T. II. p. 398. laudato Homer. Il. X. v. 460. de Andromacha:

Ὣς φαμένη, μεγάροιο διέσσυτο, μαινάδι ἴση
Παλλομένη κραδίην.

— ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλης. Voſſius haec ita legi iubebat: ὄρεος ſ. ὄρευς κατὰ δάσκιον ὕλην. vti Euripides dixerit ὕλαν ὀρέων Androm. 850. quod Musgrauio admodum dure dictum videbatur, quem ideo iure reprehendit Ruhnken. h. l. Coluth. R. H. v. 220.

Ἄγχι

Ἄγχι δὲ ναιομένην ὑπὸ ϛάσκιον οὔρεος ὕλην.
Ruhnken. vero h. l. corrigebat: ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλῃ, quae ſane ſimplicior dicendi eſt ratio. Sed ὄρος ὕλης docte dictum videtur, pro ὄρος ὑλῆεν.

v. 387. De his lacunis, et, quae eas e veteri ſcriptura, quoad fieri potuit, ſupplere conata eſt, recentiori manu, vide quae in Praefatione monuimus. Nos quidem laceratum hoc folium quanta maxima diligentia excuſſimus, vnde factum eſt, vt textus nunc a Ruhnkeniano paulo diuerſus compareat. Ceterum in his verſibus deſcribendis typothetam eandem, quam Ruhnkenius iniit, rationem ſequi iuſſimus, qua nempe ea, quae recentior manus vel adpinxit, vel denuo atramento induxit, minoribus litteris exprimerentur. Vel ſic tamen de ſcriptura noua ſigillatim lectorem monere non piget, cum facile fieri potuerit, vt error typorum, quos locorum interuallo regere non licuit, curioſam noſtram eluſerit diligentiam.

Ibid. ἐτέρω] Hae litterae, prima excepta, ſunt a manu ſecunda.

v. 388. κατ] eſt a manu ſec.

v. 389. θέειν] a recent. manu ſuppletum. Non male. Sic βὰν ῥ' ἴμεν v. 489. noſtri Hymni, et H. in Apoll. 448.

Ἔνθεν δ' αὖτ' ἐπὶ νῆα, νόημ' ὥς, ἆλτο πέτεσθαι.

v. 390.

v. 390. Τῇ δὲ] eſt, excepta priori litera, a manu ſecunda.

v. 391. Ἀ] nouum prorſus.

v. 393. μὴ ῥ᾽ ἀτιμ] vltima vox accentu deſtituitur. Voſſius vero fragmentum h. v. ita refingendum cenſet: μὴ ῥά τι μ — vt τι referatur ad βρώμης in v. ſ. Namque ἀτιμ — vtcunque ſuppleas, vix verſui aptum.

v. 395. Ὡς μὲν γάρ κε νέουσ] Voſſius ſic legendum opinatur: ὥς μὲν γάρ κ᾽ ἀνιοῦσ᾽, et v. 397. ναιετάοις, quod ad κε referendum.

v. 396. κελαινεφέϊ Κρονίωνι] Haec a recentiori manu ſunt adpicta, hocce calami errore: κελενεφέϊ Κρωνίωνι.

v. 397. τετιμένη ἀθανάτοισι] Sic, metro flagitante, reſcripſi. Recentior manus dedit: τετιμημένη ἀθανάτοισι. Eundem errorem deprehendas quoque in H. in Apoll. 322. vbi τέτιμημένος ἀνθρώποισι, Cod. Moſc. offert. Hoc ideo monendum duxi, ne quis cum Ruhnkenio hominem iſtum, qui ſcripturam antiquam reducere conabatur, inſcitiae arguat, quae, quanta maxima fuerit, hoc tamen nomine nullo modo in eum cadere videtur.

v. 398. Εἰ δὲ πτᾶσα πάλιν ἰοῦσ᾽ ὑπὸ κεύθεσι γαίης.
ὑπὸ κεύθεσι γαίης a recentiori manu adpicta ſunt.

ſunt. Pro εἰ δὲ πτᾶσα egregie Wyttenbach. coni. εἰ δ' ἐπάσω, totum vero verſum, vt metrum ſibi conſtet, Ruhnkenius hoc modo conſtituit:

Εἰ δ' ἐπάσω, πάλιν αὖτις ἰοῦσ' ὑπὸ κεύθεα γαίης,

inciſo poſt γαίης facto. Sed ὑπὸ κεύθεσι γαίης refer ad v. οἰκήσεις.

v. 399. Οἰκήσεις ὀρέων τριτάτην μοῖραν εἰς ἐνιαυτὸν,

v. ὀρέων manifeſto corruptum Ruhnkenius mutat in ὡρῶν (f. ἐτέων), et εἰς ἐνιαυτὸν, quod eſt recentioris emblema, cum Fonteinio in παρ' ἀκοίτῃ abire iubet, vt adeo totus verſus ſic legatur:

Οἰκήσεις ὡρῶν τριτάτην μοῖραν παρ' ἀκοίτῃ.

Silentio tamen praeteriri nefas puto, antiquitus obtinuiſſe: τρίτατην accentu ad primam retracto, quem ſecunda demum manus delevit. Scriptum erat forſan: τρίτατον μέρος, aut ſimile quid. Porro εἰς non liquido comparet, magisque ad ductus εης vel οις accedit. Ad ſententiam Apollodor. I. V. 3. Περσεφόνη δὲ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, τὸ μὲν τρίτον, μετὰ Πλούτωνος ἠναγκάσθη μένειν· τὸ δὲ λοιπὸν, παρὰ τοῖς θεοῖς. Secundum Ouid. Metam. V. 564. ſſ. Proſerpinae altera pars anni in Orco, in caelo altera degenda erat. quocum facit Statius Theb. VIII. 64.

iniu-

Digitized by Google

— — iniuſtaeque ab Ioue leges
Protinus, et ſectum genitrix mihi computat annum.

vid. Hygin. fab. CXLVI.

v. 400. *καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι*] Haec, excepta prima τοῦ *καὶ*, et duabus poſterioribus τοῦ *ἀθανάτοισι* ſyllabis, a noua manu ſuppleta. Recte vero hunc verſum ſuppletum eſſe, teſtatur vltimum *τοισι*, quod ſub recentiori charta, quae priori glutine eſt adiuncta, ab antiqua manu exaratum liquido extat.

v. 401. *εὐώδεσιν ἠαρινοῖσι*] Poſtremae τοῦ *εὐώδεσιν* duae ſyllabae cum ſequenti voc. a manu recentiori. Neque ſilentio praetereundum, quod accentus τῷ *εὐώδεσιν* a rec. m. adpictus ſit. Ceterum Fonteinius corr. *εἴαρος ὥρῃ*, ſine cauſa vtique. Quantum tamen e vetuſtioris ſcripturae veſtigiis, quantumuis obſcuriſſimis, colligere licet, alia hic olim obtinebat lectio.

v. 402. *Παντοδαποῖς θάλλει, τότ' ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος,*

Vltima τοῦ *παντοδαποῖς* denuo atramento inducta eſt. Eadem τοῦ *τότ'*, item priores τοῦ *ἀπὸ* a manu ſec., pariter vltima τοῦ *ζόφου*, et mediae literae *ερο* in v. *ἠερόεντος* recens exaratae.

v. 403. *ἄνει*] Codex tenet *ἀνεῖ*. pro quo Wyttenbachius V. Cl. legendum coni. *ἄνεισι* ſec.

ſec. perſ. fut. v. ἄνειμι, *redeo*. Quod nos, ſenſu poſtulante, in textum retraximus.

Ibid. θνητοῖς τ' ἀνθρώποις] Haec a vet. manu perſcripta, niſi quod vltima τοῦ ἀνθρώποις a recentiori manu videatur.

v. 404. Καί τιν'] Καὶ h. l. vix aptum, nam ſententiarum ſeriem turbat admodum. Corrige: ἀλλά τίν' ἐξαπάτησε δόλῳ κρ. Πολυδ. Ἀλλὰ eſt exhortationis partic. *agedum*. Ruhnkenius hic quaedam excidiſſe ſuſpicatur, verſumque ſic conſtituit:

Καί τίνι σ' ἐξαπάτησε δόλῳ κρατερὸς Πολυδέγμων.

κρατερὸς Πολυδέγμων, in his voc. recentiora ſunt — ος Πολυδέ —

v. 405. περικαλλὴς ἀντῆυδα] περικαλλὴς eſt ab antiqua manu. Pariter literae hae ῆυ—α in v. ἀντήυδα, pro quo Ruhnken. coni. ἀντίον ηὔδα. Veriſſime. Nam et veteris ſcripturae veſtigia hoc innuunt, et, quod v. ἀντίον ſcribendo ſupereſt, ſpatium.

v. 406. In hoc verſu recentiora tantum ſunt: μερτέα τοῦ νημερτέα.

v. 407. Εὖτέ μοι ἦλθ' Ἑρμῆς ἐριούνιος] poſtrema τοῦ Εὖτε vt et μοι a manu ſec. Ἑρμῆς quoque a recentiori quidem manu in charta ſuperiori pictum, extat tamen et in altera illa antiqua clariſſime ſic ſcriptum. Quod et verum

verum habeo, quamuis Ruhnken. corrigere tentet Ἑρμείης et Voſſ. Ἑρμείας. De mea h. v. correctione v. ad v. 409.

v. 408. Πὰρ πατέρος Κρονί] Haec a manu ſecunda, item ωνων in fine verſus.

v. 409. Ἠγέμεν ἐξ Ἐρέβευς ἵνα μ'] Ἐλθεῖν quod pro ἠγέμεν in Cod. extat prorſus nouum, vti et Ἐρέβευς, et prima τοῦ ἀμ'. Minus recte haec ſuppleta eſſe, vidit iam Ruhnkenius, qui corrigendum ſtatuebat:

Ἤλυθεν ἐξαγαγὼν ὄφρ' ὀφθαλμοῖσι μ' ἰδοῦσα

ſec. v. 348.

Ζεύς με πατὴρ ἤνωγεν ἀγαυὴν Περσεφονείην
Ἐξαγαγεῖν Ἐρέβευσφι μετὰ σφέας, ὄφρα, ἑ μήτηρ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα, χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς
Ἀθανάτοις παύσειεν.

Ruhnkenium tamen vel ſic multum a vera ſcriptura aberraſſe, ipſa Codicis ſcriptura arguit. Nam litera μ' ante ὀφθαλμοῖσι ab antiqua manu ducta liquidiſſime extat, vnde non dubium eſt, quin antiquitus extiterit:

— — ἵνα μ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα
Λήξαις etc.

quod et Voſſius litteris ad me datis volebat. Neque Ἤλυθεν ἐξαγαγὼν genuinum habeo. Nam

Nam ſcripturae veteris ductus h. l. admodum obſcuros ſuperfuiſſe facile inde coniicias, quod recentior iſte, quem Ruhnkenius inuidioſo *Graeculi* nomine appellat, veram ſe eruiſſe ſcripturam addubitans τῷ ἐλθεῖν ſupra adſcripſerit ἦγ'. Vnde mihi ſatis probabile fit, vv. 407-9. ita a poeta profectos eſſe:

Εὖτέ μοι ἦλθ' Ἑρμῆς ἐριούνιος, ἄγγελος ὠκὺς,
Πὰρ πατέρος Κρονίδαο καὶ ἄλλων οὐρανιώνων
Ἠγέμεν ἐξ Ἐρέβευς, ἵνα μ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα
Λήξαις etc.

Sicque repoſui, Voſſio, Viro κριτικωτάτῳ, et re ipſa ſuadente. Ceterum vltima τοῦ ἰδοῦσα ſyllaba a rec. manu picta.

v. 410. ἀθανάτοισι χόλ] a manu recentiori.

v. 411. Αὐτ' ἄρ' ἐγὼν ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος· αὐτὰρ ὃ λάθρῃ

Ita repoſui pro eo, quod in Cod. Moſc. viſitur:

Αὐτὰρ ἐγὼν ἐνώρουσ' ὑπὸ χάρματος· ἀτὰρ ὃ λάθρῃ

in quibus a recentiori manu profecta ſunt illa: ν quod claudit v. ἐγὼν, cum ſequenti ἐνώρουσ' et vltimo λάθρῃ. Reliqua, quae in Ruhnkeniana editione tanquam a manu ſecunda ſunt notata, ab antiqua manu perſcripta latent ſub recenti folio, quod antiquo illi ſuperinductum

 eſt.

eſt. Pro αὐτὰρ dedi ἄντ' ἄρ' vix vlla litterarum mutatione facta, quod antecedentibus egregie reſpondet, cum αὐτὰρ tum per ſe, tum, quod hoc ipſo iteretur verſu, ſatis moleſtum ſit. Ruhnkenius legi volebat: Εἶθαρ ἐγὼν ἀνόρουσ'. — αὐτὰρ ὃ λάθρῃ. Ruhnken. corrigebat, duce v. 371. αὐτὰρ ὅ γ' αὐτὸς, Voſſius vero: ἀλλ' ὅγε λάθρῃ. Ego quidem praeterquam quod ἀτὰρ, metro flagitante, in αὐτὰρ diduxerim, nihil muto. De v. λάθρῃ v. ad v. 372.

v. 413. Miror ſane, hunc verſum a doctiſſimis Batauis, qui emendando huic Hymno laudabili inſudarunt ſtudio, pro genuino haberi potuiſſe. Siue enim verba, ſiue ſententiam, ſiue leges denique metricas ſpectes, nullo pacto ferri, nedum defendi poteſt. προσαναγκάζειν poetis vtique inuſitatum eſt verbum, cuius penultima h. l. metrum perimit. Neque multum auxilii adferas, ſi cum Fonteinio verſum hunc in modum erigendum ſtatuas:

Ἄκουσαν δὲ βίῃ μέρος ἠνάγκασσε πάσασθαι.

Vnde, Proſerpinam grani illius puſilli partem tantum deguſtaſſe, ſequeretur, quod poſt v. 372. et antec. vix exſpectes. Sed ieiunum hoc, fac, poetam non dedeceat, quam ineptum eſſet, ſi poeta Plutonem exhiberet eum, qui Proſerpinam, granum guſtandi, vi adduceret, quae nullo modo, quod inde euenturum

rum erat, ſuſpicari poterat. Hinc illa *οὐ προειδομένη τὸ συμβησόμενον κατηνάλωσεν αὐτὸν, (ῥοιᾶς κόκκον)* ſecundum Apollodorum Bibl. I. V. 3. qui in enarranda hac fabula hunc inprimis Hymnum ſecutus videri debet. Vncinis igitur hunc verſum, tanquam a manu indocta adſutum, compeſcere non dubitaui. Ceterum aliter hanc fabulae partem exornauit Ouidius Metam. V. 535. ſſ.

v. 416. *ὡς ἐρεείνεις·*] Fonteinius malit *ὅσσ' ἐρεείνεις*. probante Ruhnkenio. v. ad v. 137.

v. 417. Simillime, quoad narrationis ſeriem, H. in Ven. v. 117. ſſ.

Πολλαὶ δὴ Νύμφαι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
Παίζομεν, ἀμφὶ τ' ὅμιλος ἀπείρητος ἐστεφάνωτο.
Ἔνθεν μ' ἥρπαξε χρυσόῤῥαπις Ἀργειφόντης.

Ceterum in nominibus Nympharum conſtituendis ſecutus ſum Ruhnkenium, qui ea partim e Pauſania, qui hanc particulam Hymni laudat Meſſen. c. XXX., partim ex Heſiodi Theogon. 353. et 451. reſtituit. Pro *Ῥόεια* igitur v. 419. reſcripſi *Ῥοδεία*. Pro vitioſo *Ὠκύρθη καλλικῶπις* et paulo ante *Μηλοβότη* — *Ὠκυρόη καλυκῶπις* et *Μηλόβοσις* ſuadente Pauſan. et Heſiod. l. c. 354. Mox v. 421. pro *Ἀκατάστη τ' Ἀδμήτη τε*, metro, et

 Heſio-

Digitized by Google

Heſiodo l. c. 356. auctore, Ἀκάστη τ' Ἀδμήτη τε. Denique v. 423. pro Ταλαξαύρη ſec. Heſiod. v. 353. Γαλαξαύρη.

v. 424. Παλλάς τ' ἐγρεμάχη καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.

De hoc verſu monui quaedam in Praefat. Pallada et Dianam comites Proſerpinae in florilegio adiungunt plures. v. Ruhnken. h. l.

v. 426. κρόκον τ' ἀγανὸν] Sine haeſitatione in textum recepi facillimam eamque elegantiſſimam Voſſii conjecturam, κρόκον τ' ἀγανὸν, cum Cod. Ms. teneat: κροκόεντα γανὸν. Schneidero doctiſſimo in mentem veniebat:

Μίγδα κρόκον γανόωντα —

inuito metro; cui tamen rei facile medearis, ſi totum verſum ſic legas:

Μίγδα κρόκον γανόωντ' ἢ ἀγαλλίδας, ἠδ' ὑάκινθον.

Minus blandiuntur Valkenarii et Fonteinii coniecturae, quorum alter corr. κρόκον τε γάνος, quae ῥῆσις Tragicis frequentatur, tanquam Euripid. Bacch. v. 382. γάνος βότρυος. vid. Schütz. V. Cl. ad Aeſchyli Perſ. v. 614. Fonteinius vero: μίγδα κρόκῳ κύανον, quod expreſſit Santenius:

Mixta croco cyanos, et agallidas, atque hyacinthum.

v. 427. Καὶ ῥοδέας κάλυκας] Cod. MS. Καὶ ῥόδα ἐς κάλυκας. Vnde Valkenar. in priore editione legendum propoſuerat: καὶ ῥόδα ἐκ κάλυκος; cui quidem patrocinari videtur Muſaei de H. et L. v. 58.

— — — Φοινίσσετο κύκλα παρειῶν
Ὡς ῥόδα ἐκ καλύκων.

Lenior tamen vtique medicina, ſi, duarum litterarum transpoſitione facta, cum VV. DD. legas: καὶ ῥοδέας κάλυκας. ῥοδέη κάλυξ in poetarum carminibus ſatis obuia, e. g. apud Platon. 39. in Anal. Brunck. T. I. p. 174. Aſclepiad. XXIV. 4. in Anal. Br. I. p. 216. Eugenian. apud Villoiſon. in Animadu. ad Longi Ποιμ. p. 234. in Anthol. Brod. IV. c. 30. apud Clem. Alex. p. 211. l. 9. vid. Ruhnk. h. l. et Warton. ad Theocr. III. 23. De v. κάλυξ vid. omnino Heſych. ibique interpretes. De Roſis, Inferis ſacris, Lucian. in Catapl. IV. p. 56.

v. 428. ὃν ἔφυσ', ὥσπερ κρόκον] Verba ὥσπερ κρόκον vehementer frigere, facile quisque Ruhnkenio dabit. Voſſius vertit: *quem produxit praeſtantiſſimum*, in animo habuit: ὃν ἔφυσεν ὑπείροχον, ingenioſe. Mihi in mentem veniebat ὃν ἔφυσε περίπλοκον, *inſidioſum*, iuxta Pauſan. Boeot. 31. cuius locum dedi ad v. 8. Collato tamen eodem v. 8. vidi ſtatim legendum:

Νάρκισσόν θ' ὃν ἔφυσεν ἐμοὶ δόλον εὐρεῖα χθών.

 Eandem

Eandem fere rationem initam video a doctiſſimo iuuene *Iacobs*, in Emendatt. libello p. 7. niſi quod praeterea malit: ὅν ἔφυσε· μοι ἐς δόλον. Santenius quoque vertit:

Narciſſumque, *dolum* quem fors mihi terra creârat.

v. 429. δρεπόμην περὶ χάρματι·] Sic Ruhnkenius corrigere conatus eſt vitioſam Cod. Moſc. ſcripturam: δρεπομένη π. χ. Idem in περὶ χάρματι vitium haerere iudicabat, quod *Iacobs* l. l. ita eximendum cenſebat:

Αὐτὰρ ἐγὼ δρεπόμην ἐπ' ἀθύρματι·

ſecundum v. 16.

Ἡ δ' ἄρα θαμβήσασ' ὠρέξατο χερσὶν ἄμ' ἄμφω
Καλὸν ἄθυρμα λαβεῖν.

Ingenioſe. περὶ χάρματι tamen περιφραστικῶς dictum videtur, pro χαίρουσα, forſan vti περὶ κῆρι, pro κηρόθι, ſenſu ſane h. l. apto. Supra v. 371.

Καρπαλίμως δ' ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος· — —

Quod ſane Graecae dicendi rationi conuenientius, quam περὶ χάρματι. Equidem tentabam:

Αὐτὰρ ἐγὼ δρεπόμην· περὶ χάσματι γαῖα δ' ἔνερθε
Χώρησεν,

γαῖα περιεχώρησεν (ita iunge) χάσματι, fere vt Claudian. hac de re; Rapt. Proſ. II. 186.

Poſtquam

Poſtquam victa manu duros Trinacria nexus
Soluit, et *immenſo late diſceſſit hiatu.*

Diſplicere tamen poſſit, quod δὲ nimis remotum ſit, (quanquam non raro ſic collocetur, vt v. 13. ὀδμῇ πᾶς δ'. vid. Horrei Animadu. I. XV. p. 67.) Quid igitur, ſi legatur:

Αὐτὰρ δρεψαμένῃ πάρα χάσματι γαῖ' ὑπένερθε
Χώρησεν.

vt iungatur παρὰ δρεψαμένῃ, tanquam doctius dictum, pro παρ' ἐμοί. Ad δρεψαμένῃ inſigniter adludit Codicis lectio, δρεπομένῃ. Iam vero vim ſuam exſerit illud αὐτὰρ, quod alias friget. Expende enim verborum ſtructuram: ἡμεῖς μὲν — παίζομεν, ἠδ' ἄνθεα δρέπομεν — αὐτὰρ ἐγὼ δρεπόμην. De χάσματι illo, quod Pluto cum Proſerpina ſubierit, multis locis oſtenſo, pro rei quippe, vbi geſta dicebatur, variata narratione, vide Diodor. Sic. V. init. Pauſan. Attic. c. 38. p. 92. et Clem. Alex. p. 14. ed. Potter. Mox v. 430. τῆς δ' ἔκθορ. repoſui cum Ruhnken. et aliis. MS. habet τῇ δ'.

v. 434. θυμὸν ἔχουσαι] Vitioſe Cod. Moſc. ἔχουσα.

v. 437. Γηθοσύνας δὲ δέχοντο παρ' ἀλλήλων ἔδιδόν τε] Hanc Ruhnkenii doctiſſimi huius verſus emendationem in textu eo minus reponere dubitaui, cum poſteriores duae

ſyllabae v. ἐδίδοντο a recentiori manu adpictae ſint. Codex enim ſeruat: Γηθόσυναι δὲ δέχ. π. ἀ. ἐδίδοντο. quae ſenſu omnino deſtituta ſunt. Idem Vir doctus laudat Od. Υ. 8.

Ἀλλήλῃσι γέλωτα καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι.

v. 440. Ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα.

Meo quidem ſenſu hic verſus, qui intempeſtiuam gloſſatoris doctrinam ſapere videtur, neque vllum commodum ſenſum fundit, textu moueri debet. Forſan et v. 438. et 439. Nam Hecates interuentus nullius fere eſt momenti, et verba ipſa e v. 435. 436. et v. 25. conſuta videntur. Vti vero Hecate Cereris ὀπάων, ita Apollo μούσῃσιν ὀπηδὸς H. Merc. v. 449. Pan ματρὸς μεγάλας ὀπαδὸς, Pindar. Pyth. III. v. 139. quem locum excitauit iam Arnaldi diligentia in Comment. de Diis παρέδροις, p. 204. quem omnino conferas, inprimis p. 190. et 205. ſſ.

v. 442. Δημήτερα] Codex vitioſe: ἣν μητέρα, pro quo Cereris nomen repoſuimus, auctore Fonteinio V. Cel.

v. 450. Εἰς δ' ἄρ 'Ράριον ἷξε] Sic edidi e praeſtantiſſima Ruhnkenii coniectura. Cod. εἰς δ' ἄρα ῥίον ἷξε. De campo Rhario nota omnia. v. Ruhnken. h. l. Alii ἐν Ἀρόῃ Triptolemum fruges primum ſeuiſſe narrant, iuxta

iuxta Eudociam v. Δημήτηρ, quae ſua depromſit ex Etymol. M. v. Ἀρόη· κώμη πάλαι τῆς Ἀχαίας, νῦν δὲ πόλις, ἡ καλουμένη Πάτρα, vbi f. corr. ἡ καλουμένη Νέαι Πάτραι. ex Eudoc. l. l.

v. 451. 452. ἀλλὰ ἕκηλον ἕστη καὶ πανάφυλλον] Cod. Moſc. εἱστήκει πανάφυλλον. Quod quum nexu cum antecedd. deſtituatur, Ruhnkenius et Wyttenbach. coniecere legendum:

— — — ἀλλ' ἀπέτηλον
Ἕστη καὶ πανάφυλλον.

hoc quidem: ἕστη καὶ πανάφυλλον, recte, alterum, ἀλλ' ἀπέτηλον, temere, puto. Quod tamen Fonteinio quoque arridebat, qui inſuper volebat: Εἱστήκει καὶ ἄφυλλον, ſed altera forma πανάφυλλον magis Homerica videtur. Sic πανάποτμος, παναώριος et ſim. Pro ἀλλὰ ἕκηλον tentaueram olim: ἀλλ' ἔχεν ὕλην, ἕστη καὶ πανάφ. praeeunte Homero H. in Apoll. v. 228.

Οὐδ' ἄρα πώποτε ἦσαν ἀταρπιτοὶ, οὐδὲ κέλευθοι
Θήβης ἀμπεδίον πυροφόρον, ἀλλ' ἔχεν ὕλην.

Praeſtat tamen, quod vulgatur, ἀλλὰ ἕκηλον, tanquam multo ſignificantius, et doctius. *Campus Rharius quieſcebat* n. *ab aratro*, ἀνήροτος ἦν. Simili fere modo terra Moſchioni dicitur ἀκύμων in nobiliſſimo illo fragmen-

 to,

to, quod ſeruauit Stobaeus Eclogg. Phyſic. p. 145. v. 9. ſſ.

Οὐ μὴν ἀρότροις ἀγκύλοις ἐτέμνετο
Μέλαινα καρποῦ βῶλος ὀμπνίου τροφὸς
— — — — — —
Ἀλλ' ἦν ἀκύμων κοὐδὲν ἐκφύουσα γῆ.

γῆ ἀκύμων eſt vel omnino tranquilla, ἕκηλος, ceſſante aratro, vel ὄγμοις non erecta, velut mare fluctibus. Sollemnius vtique eſt γῆ ἀργῆ, vt Xenophonti Cyrop. III. p. 73. dicitur, illud tamen magis poeticum.

v. 454. Μέλλεν ἄφαρ ταναοῖσι κομήσειν ἀσταχύεσσιν.

v. 456. recurrit: ἀσταχύων, ideoque Ruhnken. corr. ἀνθερίκεσσιν. Sed multo grauius ſub hac voce mendum latere videtur. Ne dicam, v. κομᾷν, et ταναὸς de ariſtis adhibita vix vſpiam reperiri; ſententiarum ſane ſeries, quae inde a v. 454-56. decurrit, aſpera atque hiulca, quem non offendat? Quod vt clarius illuceſcat, adponam Voſſii priorem verſionem: *ſed fas erat, poſtea ſtatim longis florere ſpicis, vere creſcente, ſoli autem pingues ſulcos horrere ſpicis.* Sentis iam, erudite Lector, v. 455. ab antecedenti, non magis, quam ariſtam ab ariſta differre? Arborum aut florum omnino hic iniecta eſſe debuerat mentio, quod ſatis patet e vv. 476. 477.

Αἶψα δὲ καρπὸν ἀνῆκεν ἀρουράων ἐριβώλων

Πᾶσα

Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν
Ἔβρισ'.

Hic vides καρπὸν, φύλλα, et ἄνθη in campo Rhario a Cerere edita. Paulo ſupra quoque ille ager dicebatur ἔκηλος, *quoad fruges*, et πανάφυλλος, *quoad flores*. Sequens quoque πέδῳ δ' aliam, eamque a ſequenti paulo diuerſam ſententiam efflagitat. Quid igitur? Poetam vel hoc:

Μέλλεν ἄφαρ τανυοῖσι κομήσειν ἄνθεσι ποίης.

vel hoc:

Μέλλεν ἄφαρ τανυοῖσι κομήσειν ἄκρα πετήλοις.

vel ſimili modo ſcripſiſſe ſuſpicor. Poſteriori reſpondet πέδῳ δ'. ad vtrumque vero ducunt illa verba τανυοῖσι κομήσειν, et tota orationis ſeries.

v. 455. 456. Ἦρος ἀεξομένοιο, πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι
Βρισέμεν ἀσταχύων, τὰ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δίδεσθαι.

Ruhnkenius hos verſus, haud dubie male adfectos, ita reſtituere conabatur:

Ἦρος ἀεξομένου, πεδίων δ' ἄρα πίονες ὄγμοι
Βρισέμεν ἀσταχύων, τὸ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δεδέσθαι.

vnde βρισέμεν, pro quo Cod. Ms. tenet βρυσέμεν, prima breui, adoptauimus. At πέδῳ δ' ἄρ.

δ' ἄρ. tentatum nolim. Nam πέδον et πεδίον poetis promiſcue fere in vſu, et ἐν ante πέδῳ recte ſuppleas. Voſſius, ſi emendationi locus concedatur, mallet vtique: πέδων δ' ἄρα πίονες ὄγμοι, vel πέδου δ' ἄρα π. ὄγ. denique, quod prioribus palmam praeripit, πέδον δ' ἀνά. Maiori vero difficultate premitur v. ſeq., quam Ruhnken. ex parte ſenſiſſe videtur, corrigendo: τὸ δ' ἐν ἐλλεδ. δ. quo tamen poetae parum conſultum eſt. Quorſum enim illud τὸ referas? Num ſcripſit Auctor Hymni:

— — — πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι,
Βρισέμεν, ἀστάχυας δέ τ' ἐν ἐλλεδανοῖσι
δίδεσθαι.

legibus Syntaxeos graecae conuenientius, et ἀσταχύων recte intelligas ad v. βρισέμεν, vt H. in Terram, matrem omnium, v. 9.

Βρίθει μέν σφιν ἄρουρα φερέσβιος,

et paſſim. Vltimum δίδεσθαι adſumſi e praeclara Voſſii coniectura, cum μέλλεν Futurum efflagitet. Forma vero verbi δίδημι occurrit apud Homer. Il. λ. 105.

— — — ὥ ποτ' Ἀχιλλεὺς
Ἴδης ἐν κνημοῖσι δίδη μόσχοισι λύγοισι.

Ms. δεδέσθαι.

v. 462. Δωσέμεν, ἅς κε θέλῃσθα] Haec a manu ſec. at μετ' ἀθ— atramento denuo ſunt inducta.

v. 463. Νεῦσε δέ σοι κούρην ἔτεος περὶ] A manu recentiori haec exarata ſunt. Item v. ſeq.

ſeq. praeter tres poſteriores ſyllabas τοῦ κερόεντα.

v. 466. Ante hunc verſum extant in Cod. Moſc. ſex verſuum fragmenta, quae hic paulo pleniora, quam in Ruhnkeniana editione factum, exhibebo:

— — — — — — ʹων
— — — — — οιο καρήνων
— — — Φερέσβιον οὖθαρ ἀρούρης
— — γ' οὔτι Φερέσβιον, ἀλλὰ ἕκηλον.

Tum, quantum vni verſui ſcribendo ſuppetit, in charta ſupererat ſpatium; quo ipſo librarius errorem ſuum indicare voluiſſe opinor. Pari oſcitantia in H. in Apollinem, ceterisque, rem ſuam egit idem librarius. Hoc vero ſpatium ſpurcis recentioris cuiusdam manibus contrectatum eſt, atque ita quidem, vt ſimul aliis fraudem facere voluerit. Nam cum totum v. 451. huc transferre in promtu ipſi eſſet, decerpſit tantum illa:

— — λλον ἔκευθε δ' ἄρα κρῖ — —

relicto, quae ad verſum ſupplendum deficiunt, ſpatio, quod vero, intenſiſſima quantumuis oculorum acie, ne veſtigiolum quidem vetuſtioris cuiusdam ſcripturae prodit. Alienum hoc emblema excipit alius verſus, quem pariter ex librarii officina prodiiſſe certo perſuaſus ſum. Nimirum, qui primus vv. 448-452. inepte ſane atque oſcitanter huc tranſtulit, veritus, ne, ſi eosdem ſpongia obliteraret, chartae pretio detraheret, vt lectorem quali-

qualitercunque in viam quaſi atque ſententiarum ordinem reduceret, adleuit iſtum verſum:

Δύο δὲ παρ' σοὶ ἔσεσθαι, ἐῶ δ' ἐπένευσε κάρητι.

quem ſi poſt v. 465. ſtatim, expunctis iſtis inſititiis, ponas, de interpolatione h. v. facta vix amplius dubitare fas eſt. Tum enim poſt νεῦσε δὲ etc. moleſta eſſet repetitio: ἐῷ δ' ἐπένευσε κάρητι, quae nequaquam ferri poteſt. Deſumtus vero videtur hic pannus ex Il. ο. 75.

Ὣς οἱ ὑπέστην πρῶτον ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι.

quo ipſo duce Voſſius hic quoque legendum cenſebat:

Ὣς μὲν ὑπέσχετ' ἔσεσθαι ἐῷ δ' ἐπένευσε κάρητι.

qua correctione verſum quidem erectum, difficultatem tamen atque moleſtam repetitionem nentiquam ſublatam eſſe, facile quisque dabit. Pari fere errore in fragm. Hymni in Bacchum, quod primum ex eodem Cod. Moſc. in lucem protractum eſt, inculcati leguntur hi tres verſus:

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

ex

ex Il. A. 528. adſumti, quum ſequatur ibidem:

Ὣς εἰπὼν, ἐπένευσε καρήατι μητίετα Ζεύς.

Nos quidem, eiiciendis iſtis ex anteced. inepte repetitis verſibus vna cum librarii panno adſuto, Diuae Criticae rite perlitaſſe videmur.

Ibid. Ἀλλ' ἴθι, τέκνον] Haec a recentiori manu perſcripta ſunt. Ceterum idem hîc orationis color obtinet, qui ſupra v. 320.

Δήμητερ, καλέει σε πατὴρ Ζεὺς ἄφθιτα εἰδὼς,
Ἐλθέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων.
Ἀλλ' ἴθι, μητ' ἀτέλεστον ἐμὸν ἔπος ἐκ Διὸς ἔστω.

v. 467. Ἀζηχὲς μενέαινε] Haec, praeter poſtremas duas ſyllabas τοῦ μενέαινε, recentiora. Vitioſe inſuper μαινέαινε et κελευεφεῖ in Cod. exaratum.

v. 468. Αἶψα δὲ κα] Haec recens exarata, vti v. ſeq. Ὣς ἔφατ'. οὐ.

v. 470. Αἶψα δὲ καρ] Verba haec nouo tantum atramento inducta ſunt, ita quidem, vt, praeter δὲ, antiquam manum facile adſequaris. Erigi igitur has iuſſi literas. καρπὸν ἄεξε.

ἄεξε. Hinc Proſerpina Αὐξήσια Epidauriis culta ſecundum Herodot. V. p. 412. Troezeniis iuxta Pauſan. II. p. 168. Ceres vero et Proſerpina ſub nomine Θαλλοῦς et Αὐξοῦς comprehenſae. v. Kuhn. ad Pollucis Onomaſt. VIII. 106.

Ibid. καρπὸν ἀνῆκεν] Hinc Ceres ἀνησιδώρα dicta, veluti Plutarcho Symp. IX. Quaeſt. 14.

v. 473. Δεῖξεν Τριπτ.] Δεῖξεν dedi e Pauſania, qui hunc locum laudat Corinth. XIV. Cod. Moſc. εἶπε, quod gloſſam ſapit, et a ſeq. ἐπέφραδεν reſpui videtur. Sicque eo minus reponere dubitaui, quum εἶπε a recentiori manu adpictum ſit. δεικνῦναι docte dictum pro *edocere*, et ſollemne fere hac de re. Dioſcorid. XIV. 2. (in Brunkii Anal. I. p. 496.)

— — — ἡνίκα Μήτηρ
Ἱερὰ τὰν Κυβέλοις πρῶτ' ἀνέδειξε θεῶν.

Ariſtoph. Ran. 1064.

Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι.

Eudocia v. Περσεφόνη, hunc locum forte reſpiciens, T. I. p. 337. καὶ ἔδειξε (ἡ Δημήτηρ) πῶς δεῖ τελεῖν καὶ τελεῖσθαι. Ignoti carmen de Theodoro (in ed. Philae a Wernsdorf. curata) v. 208.

Μυστήριά σου δεῖξον ἐσκοτισμένα.

De

De cantu adhibuit Bacchylides XIV. 4. (Anal. Brunk. I. p. 152.)

Χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν
'Ελθόντας, ἁβρόν τι δεῖξαι.

Idem verbum reddendum Hermeſianacti in Eleg. ab Athen. XIII. p. 597. ſeruata, v. 47.

Λέσβιος Ἀλκαῖος δὲ πόσους ἀνεδείξατο κώμους,
Σαπφοῦς φορμίζων ἱμερόεντα πόθον.

pro ἀνεδέξατο, quod etiam inuaſit libros Pindari, Pyth. II. v. 77.

Τὰν πολύκοινον ἀνεδέ-
ξατ' ἀγγελίαν.

Scribe haud cunctanter:

Τὰν πολύκοινον ἀνεδεί-
ξατ' ἀγγελίαν.

Pariter ἀναφαίνειν in vſu. Ariſtophanes in Auu. v. 744.

Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω
Σεμνά τε μητρὶ χορεύματ' ὀρείᾳ.

Marm. Oxon. p. 23. Εὔμολπος ὁ Μουσαίου τὰ μυστήρια ἀνέφηνεν ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰς τοῦ πατρὸς Μουσαίου ποιήσεις ἐξέθηκεν. adde Orph. H. in Them. 3. 8. in Mnemoſyn. v. 7. Silen. v. 10. Plura dabit Caſaubon. ad Theocr. Id. VII. c. IX. Pariter *monſtrare* Latinis poetis. e. g. Statius Achill. I. 118.

Aut *monſtrare* lyra veteres Heroas alumno.

ibid. v. 572.

— — — modo dulcia notae
Fila lyrae, tenuesque modos, et carmina *monſtrat*
Chironis.

 Vide

Vide omnino doctiſſimum Ruhnkenium h. l. adde Graeuium ad Heſiod. Ἐργ. v. 502. et in Addend. p. 135, et Abreſch. Animadu. ad Aeſchyl. III. p. 97.

v. 474. Εὐμόλπου τε β.] Priores τοῦ Εὐμόλπου literae ſunt recentes, reliquae atramento inductae, ita quidem, vt antiquas facile adſequaris.

v. 475. Δρησμοσύνην θ' ἱερῶν] Δρησμοσύνην ſubminiſtrauit Pauſanias l. c. Cod. Moſc. vitioſe Χρησμοσύνην. Rideas vero bonum Gorium, qui ipſam Cererem Homero Δρησμοσύνην appellatam fuiſſe autumabat, in Muſ. Etr. T. II. p. 126. — ὄργια καλά. Pauſanias in ſuo libro inuenit: ὄργια πᾶσιν. minus bene, iudice quoque Ruhnken.

v. 476. [Τριπτολέμῳ τε, Πολυξείνῳ, ἐπὶ τοῖς δὲ Διοκλεῖ.]

Vtcunque Ruhnkenio, plures hic deeſſe verſus, dederim, hoc tamen vix impetrabit, vt hunc verſum in lacuna, quam quantam vel maximam tibi fingas, recte locum habere poſſe perſuadear. Quid enim? num Ceres hiſce tribus potiſſimum ſacrorum curam iniunxiſſe putanda eſt, in quibus Celeus et Eumolpus multo maius nomen habuerint? Sed, fac poetam hoc voluiſſe, nulla ſuccurrit ratio, qua, quod eosdem, ſi Polyxenum excipias, vix nominatos, iterum ingerat, poetam tuearis. Equidem hunc verſum pro varietate lectionis

ctionis v. 473. habeo. Tum verba, eiecto τῶ δεῖξεν, ita forent concilianda: ἡ δὲ — ἐπέφραδε Τριπτολέμῳ — — Δρησμοσύνην ἱερῶν καὶ ὄργια καλά. Minus docte. Tribus vero hisce praecipuas ſacrorum datas a Cerere fuiſſe partes, multo minus vero ſit ſimile, ſi expendas Pauſaniae locum, Attic. XXXVIII. τὰ δὲ ἱερὰ ταῖν θεοῖν Εὔμολπος καὶ αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ Κελεοῦ. Καλοῦσι δὲ σφᾶς Πάμφως τε κατὰ ταῦτα καὶ Ὅμηρος, Διογένειαν καὶ Παμμερόπην, καὶ τρίτην Σαισάραν. quamuis eum noſtrum Hymnum reſpexiſſe nullo modo contenderim, cum Celei filias aliis prorſus, ac Homerus ſupra v. 109, nominibus, diuerſoque numero laudet. Hinc facile patet, de lacuna h. l. vix cogitari debere, quam et reſpuat v. 477. qui cum v. 475. connectendus.

v. 477. τά γ' οὔπως ἐστὶ παρεξέμεν οὐδὲ πυθέσθαι] Quae minoribus exſcribi iuſſi literis, atramento denuo ſunt inducta. Pro παρεξέμεν forſan legendum παρελθέμεν, vt Heſiod. Theog. 613. Nam παρεξέμεν vix bene a recentiore innouatum.

v. 478. Ante hunc verſum ritus aliqui in Myſteriis ſeruandi commemorati eſſe debuere, quod ſatis aperte ex hoc v. liquet, qui nullo neque grammatico neque ſententiarum ſatis idoneo nexu ſubiungitur. Quam ſuſpicionem aſteriſcis interpoſitis notaui.

Ibid. οὔτ' ἀχέειν. Hanc rem tangit Euripides Suppl. v. 290.

Ἔπαιρε λευκὸν κρᾶτα, μὴ δακρυῤῥόει,
Σεμναῖσι Δηοῦς ἐσχάραις παρημένη.

vide ibi Musgrau. — θεῶν ἄχος eſt a recent. manu. Pro quo Valkenarius legendum ſtatuebat: θεῶν ἅγος, *deorum reuerentia.* ἄχος tamen, ſi quid video, magis aptum illis: οὔτ' ἀχέειν. et ſententia ſic expedienda: *Nam dearum luctus comprimit vocem* ſc. luctuoſam, τὸ ἀχέειν. Adpoſite Callimach. H. in Cer. v. 18.

Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἤγαγε Δηοῖ.

laudante iam Ruhnken. Adde Clem. Alex. Cohort. adu. Gent. p. 16. in fine: ἀλωμένη — ἡ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης περὶ τὴν Ἐλευσῖνα — ἀποκάμνει, καὶ Φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη. Τοῦτο τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύεται εἰσέτι νῦν, ἵνα μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην.

v. 479. Ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν] De hac Initiatorum multis laudata felicitate vide quos excitat Ruhnken. h. l. adde praeclaram Wyttenbachii notam ad Plutarch. de S. N. V. p. 114. Bachii Diſſ. pro Eleuſin. Myſt. in eiusdem Opuſc. p. 29-35. et Wernsdorfium in Himer. Orat. ab Harleſ. V. Cl. edita p. 35.

v. 480. οὔποθ' ὁμοίην αἶσαν ἔχει] Ita reſcripſi e praeclara Voſſii et Fonteinii coniectura. Cod. ὁμοίων, ſine commodo ſenſu.

Digitized by Google

De ζόφῳ εὐρώεντι v. 481. vid. Graeu. ad Heſiod. Ἐργ. v. 153. et Gataker. ad Antonin. IV. §. 6. Ad ſenſum poetae v. Ruhnken. h. l. et Eſchenbach. in Epigene p. 15. 19. et 191. ὄπωπεν proprie, et quidem de magnis myſteriis, vbi res, in paruis myſteriis traditas, contemplari, diuinam naturam, atque totius adeo terrarum orbis initium etc. penitius cognoſcere datum erat. Locus claſſicus extat apud Clem. Alex. Strom. IV. p. 564. et L. V. p. 689. ed. Potter. De ἐποπτείᾳ vide omnino de Sainte-Croix Recherch. ſur les Myſt. p. 208. ſſ.

v. 486. μέγ' ὄλβιος, ὃν τιν' ἐπ. πρ. φίλωνται] Cod. φιλῶνται, quod a Ruhnkenio ſervatum miror. Equidem non dubitaui reponere, quod Voſſii doctiſſimi acumen ſuggeſſit, φίλωνται, a v. φίλομαι. Nam altera verbi forma metrum perimit. vid. ad v. 117. Eidem Viro ſenſus indicatiuum φίλονται poſtulare videbatur, quod mihi ſecus videtur. Ad ſententiam poetae adpoſite Heſiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 300.

Ἐργάζευ, — — — ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δὲ ἐΰστέφανος Δημήτηρ
Αἰδοίη, βιότου δὲ τεὴν πίμπλησι καλίην.

et Homerus εἰς μητέρα πάντων, v. 7.

— — — — ὁ δ' ὄλβιος, ὃν κε σὺ θυμῷ
Πρόφρων τιμήσεις· τῷ δ' ἄφθονα πάντα πάρεστι.

Βρίθει μέν σφιν ἄρουρα φερέσβιος, ἠδὲ κατ᾽ ἀγρους
Κτήνεσιν εὐθηνεῖ, οἶκος δ᾽ ἐμπίμπλαται ἐσθλῶν·

de Hecate Heſiod. Theog. v. 418.

— — — *πολλή τέ οἱ ἕσπετο τιμὴ*
Ῥεῖα μάλ᾽, ᾧ πρόφρων γε θεὰ ὑποδέξεται εὐχὰς,
Καί τε οἱ ὄλβον ὀπάζει.

v. 487. *ἐς μέγα δῶμα*] Vitioſe Cod. *ἐς μέγα δόμον.* Orpheus in *Δαίμονος θυμ.* v. 4.

Πλουτοδότην, ὁπόταν γε βρυάζων οἶκον ἐσέλθῃ.

v. 489. *Ἀλλ᾽ ἄγ᾽ Ἐλ.*] Cod. Moſc. habet: *Ἀλλά θ᾽ Ἐλ.* quod recte correxit Ruhnken.

v. 490. *Καὶ Πάρον ἀμφιρύτην*] De Cereris cultu apud Parios vide doctam Ruhnkenii notam, cui adde animaduerſa de Sainte-Croix Recherch. ſur les Myſt. p. 395.

v. 493. *Πρόφρονες — βίοτον θ. ὄπαζε.*] De hoc ſingulari conſtructionis genere, quod Boeotium audit, vide Rühnken. h. l. adde Euripid. Bacch. v. 1348.

Αἶ αἶ δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί.

et Theodectis apud Stob. Eclog. Phyſ. p. 9.

Πολλοὶ διὰ φόβον, κοὐ δι᾽ εὐσεβῆ τρόπον,
Θεοὺς ἀνηύξατο.

Vel ſic tamen cum Ruhnkenio et Wolf. malim; *ἀλλ᾽ ἄγ᾽ Ἐλ. δῆμον ἔχουσα — αὐτὴ καὶ κούρη Περσεφόνεια πρόφρων — ὄπαζε.*

NICO-

NICOLAI IGNARRAE
EMENDATIONES
HYMNI HOMERICI
IN CEREREM.

PRAEMITTITVR

EIVSDEM HYMNI

NOTITIA, IVDICIVM,

AETATIS DIVINATIO.

Digitized by Google

HYMNI HOMERICI

IN CEREREM

NOTITIA, IVDICIVM, AETATIS DIVINATIO.

Hymni, quem ſcripſerit Homerus in Cererem, meminit Pauſanias, qui inde ſex omnino verſus Libro II. 14. et Libro IV. 30. recitauit. Sed genuinus Homeri, an ſuppoſititius partus ille fuerit, quis certam ex verſibus oppido paucis coniecturam capere potuiſſet? nam quod ad Pauſaniae affirmantis attinet teſtimonium; ea in re non valde fidendum eſt veteribus, quos ſcimus, ingenio quidem excelluiſſe, at vero accuratiore critica non multum abundaſſe. Hymnum autem illum in Cererem a Pauſania laudatum, quicunque ſit eius auctor, ad hanc vſque aetatem noſtram fruſtra deſideratum, haud ita pridem benigniore caeli clementia in publicum prodiiſſe volunt. Ac profecto is hymnus typis Lugduni Batauorum publice lucis vſuram nactus eſt anno MDCCLXXX. cura, diligentiaque D. Ruhnkenii, magni nominis in republica literaria, de eaque optime meriti, datis a ſe plurimis operibus immortalibus, et quamdiu Graecis, Latinisque

 literis

literis honor conſtabit, duraturis. Veruntamen antequam vlterius progrediar, neceſſe eſt, vt pauca quaedam ex editione Lugdunenſi delibem, quo noſtri homines de fato inuentionis erudiantur.

Fridericus Matthaei e Germania Moſcam arceſſitus, vt ad Graecam, Latinamque eruditionem, qua ipſe optime informatus erat, iuniorum animos accenderet, forte incidit in Homeri Codicem Bibliothecae S. Synodi, quem ſaeculo XIV exaratum volunt; quo in Codice praeter Iliadem et Odyſſeam, Hymnosque, qui ſub Homeri nomine circumferuntur, exſtabat fragmentum hymni in Bacchum, ac praeterea prolixus hymnus in Cererem, ad hanc vsque aetatem incompertus. Vt autem intellectum eſt, in hoc hymno in Cererem proſtare illos ipſos ſex verſus, quos Pauſanias ex hymno Homeri in Cererem protulerat; nullus dubitandi locus ſupereſſe viſus eſt, quin hymnus in Cererem Moſcouiticus (ſic porro a me diſcriminis cauſa appellabitur;) idem ipſe ſit, atque ille, cuius Pauſanias tanquam ab Homero ſcripti, meminerat. Ergo Cl. Matthaei non vltra paſſus ſibi duntaxat in ſinu ſuo gaudere, rem tantam Cl. Ruhnkenio expoſuit, eique in exiſtimationis atque obſeruantiae argumentum gratiam fecit, vt ipſe claſſicum canens primus orbi literato inuentum theſaurum denunciaret, publicaretque. Id quod diligentiſſime Cl. Ruhnkenius in ſe recipiens, editionem illam

Digitized by Google

illam Lugdunenſem, de qua modo dicebam, inſtruxit, ornauitque. Sed quantum Doctiſſimus Vir ea in editione elaborauerit, paulo poſt dicam: nam praeſtat nunc, quid ipſe de eo hymno iudicarit, intelligere. Quamobrem ex doctiſſima eius in Hymnum praefatione carptim ea ſeligam, quae in rem praeſentem mihi facere videntur. „Homerum (inquit Vir Cl.) hymni auctorem edit teſtis idoneus Pauſanias .... Igitur ſi Pauſaniae ſtandum eſt iudicio, rem confectam habemus. Ego tamen ingenue fateor, non vnam mihi iniectam dubitationem ..... Certius argumentum, quo efficiatur, hunc hymnum non eſſe ab Homeri ingenio profectum, ex ipſo duci carmine poteſt; in quo, etſi pulcherrimo, tamen neruos, ſanguinem, ſpiritum, quibus Homeri praeſtantia maxime cenſetur, ſaepe requirimus. Quam iacent, vt alia taceam, illae nihil proficientes Iridis, Hecates, et Rheae legationes! ... His ferme rationibus moueor, vt hunc partum Homero ſubditum credam, nec tamen ab auctore ipſo .... ſed a notis illis falſariis, qui, vt Alexandriae, et Pergami regibus libros carius venderent, operum titulos mutabant, nobilius nomen, velut Homeri, minus claro ſubſtituentes ..... Nec tamen cuiquam auctor ſim, vt ingenio otioque abutatur ad Hymni antiquitatem conuellendam. Nam, ne dicam, Pauſaniae iudicium certe in hanc partem valere, vt quod carmen ab ipſo pro Homerico habitum ſit, ab

omnibus

omnibus longe antiquiſſimum ſit habendum; talis in ſingulis verſibus viget *robigo vetuſtatis*, vt a poeta, qui vel ſtatim poſt Homerum, vel Heſiodi aetate vixerit, ſcriptum videatur." Hactenus Cl. Ruhnkenius.

Ex quibus doctiſſimi Viri animaduerſionibus, quae ſit eius de Hymno Moſcouitico ſententia, plane liquet; nimirum Hymnum quidem fuiſſe ab incerto auctore conſcriptum; ſed aeuo Ptolemaeorum Homero, vt maior carmini auctoritas pretiumque conciliaretur, ſuppoſitum. Ne igitur lucubrationem Homero ipſi aſſignet, ex eo quidem deterretur, quod nerui, ſanguis, ſpiritus, quibus Homeri poëſis maxime conſtat et excellit, in Hymno deſiderentur; vt autem antiquiſſimum iudicet, Vir Cl. tum a rubigine vetuſtatis, quae inducta carmini videtur, tum ex teſtimonio collegit Pauſaniae, qui Homero Hymnum adſcribens, hoc ipſo antiquiſſimum exiſtimaſſe proditur.

Cuius quidem ſententiae primam partem, ſilentio ipſo probarim; ab altera vero, impetrata prius a Cl. Viro venia, diſcedendum reor. Namque patientia lectoris abuterer, ſi et ipſe oſtendere ſatagerem, lucubrationem, vnde magniloquentia, inuentionis felicitas, varietas, aptaque diſpoſitio, ac praeterea continua inopinatarum narrationum ſeries, et paſſim interpoſitae ſumma cum voluptate digreſſiones (qui praecipuus, mea ſententia, chara-

character eſt Homericae poëſeos, et in quo diuinus plane poëta ſupra ceteros triumphat; namque non admodum moror verborum delectum, quem quiuis tantum non ineptus, ſibi imitatione optimorum ſcriptorum, labore, induſtria, atque exercitatione comparare quiverit) lucubrationem, dico, illam, vnde praecipuae poëſeos dotes exſulent, indignam prorſus eſſe, quae Poëtarum principi adiudicetur. Tale nimirum eſt Moſcouitici poëmatii ſcribendi genus, vt ex ipſa carminis αὐτοψίᾳ patet. Enimuero, ſi ab elocutione diſceſſeris, quae, fateor, ferme tota ad Homeri imitationem decurrit, et quam in verſibus Sibyllinis, in Paralipomenis Q. Calabri etc. contemplari licet; cetera omnia, quae poëticae inuentionis ſubſtantiam fingunt, diſponunt, atque exornant, longe ab illa felicioris aeui ſimplicitate, natiua pulchritudine et gratia, et iudicii maturitate recedunt. Itaque in eo, quod Hymnus Moſcouiticus inter ſpurios Homeri partus ſit referendus, ſumma mihi cum Cl. Viro conſenſio eſt. Attamen aegre adduci poſſum, vt cum Eodem, vltimam carmini antiquitatem tribuente, conſpirem: tantumque abeſt, vt poëmatii auctorem Heſiodo aequalem faciam, vt potius Pauſaniae temporibus recentiorem exiſtimem: id quod cuique erit in procliui colligere, qui Hymnum Moſcouiticum cum ipſo Pauſania contulerit.

Et

Et Hymnographus quidem noſter, dum Plutonis opportunitatem inſidiandi Proſerpinae exponit, tempus illud ab eo captatum innuit, quo puella, a comitatu ſodalium ſegregata, tota in narciſſum florem (qui graphice verſibus 8. 9. 10. deſcribitur) reuellendum incumberet. Quamobrem ex Hymno Moſcouitico, quem, tanquam ab Homero conſcriptum, laudaſſe Pauſaniam volunt, colligere quiuis facile, atque omnium maxime Pauſanias, poterat, Proſerpinam fuiſſe narciſſi floris venuſtate captam, et ludificatam. Atqui Pauſanias L. IX. 31. vbi de Narciſſo puero Theſpienſi, ſe in lymphas praecipitante, diſſeruiſſet, pauca deinde quaedam de narciſſo flore attingens, ſe ex Pamphi (qui hymnum in Cererem etiam concinnaſſe ferebatur) verſibus didiciſſe narrat, raptam fuiſſe Proſerpinam, tum cum Narciſſos legeret. Narciſſum vero florem (inquit loc. cit.) et multo ante e terra editum puto (*εἰ τοῖς Πάμφω τεκμαίρεσθαι χρή τι ἡμᾶς ἔπεσι*) quantum nobis ex Pamphi verſibus coniicere licet. Multis enim ante Theſpienſem Narciſſum annis natus (Pamphus), Proſerpinam Cereris filiam raptam ſcribit, dum luderet, et flores legeret, neque violis illam, ſed NARCISSIS deceptam. Id ipſum de Proſerpinae narciſſo paucis attigit Scholiaſtes Sophoclis, ad v. 717. Oedip. Colon. Sed haereo, vtrum is ex Pauſania an ex Pampho profecerit: namque eius aetas mihi non liquet. Sophoclis locum, vt

id

id obiter dicam, laudat Plutarchus Sympoſ. Quaeſt. II. 1. p. 467. vbi narciſſi etymon tradit.

Hac autem inſtituta hymni Homerici cum Pauſaniae loco collatione, palam fit, niſi vehementer fallor, Hymnum in Cererem, prout in Moſcouitico Codice exhibetur, Pauſaniae fuiſſe penitus incompertum. Alioquin is, ſi in promtu habuiſſet hymnum Moſcouiticum, eundemque Homericum, vbi de narciſſo, qui fraudi Proſerpinae fuerat, ſit mentio; de eruenda narciſſi floris antiquitate ſollicitus, Homeri potius illuſtrioris procul dubio et grauioris ſcriptoris, quam Pamphi, auctoritatem adhibuiſſet. Et Pauſanias quidem ſemel atque iterum nonnullos ex Hymno Homerico in Cererem verſus produxerat; at ſi in eodem hymno exſtitiſſent illi verſus de narciſſo flore, qui hodie in Moſcouitico Codice diſerte leguntur; is citius ex Homeri, quam ex Pamphi, fonte potaſſet. Nemo autem mihi nunc maiorem Narciſſi Theſpienſis, atque adeo Pamphi, prae Homero antiquitatem, quam Pauſanias ſecutus fuerit, obtendat: namque etſi id dederim, quod liquido veritati dari non poteſt; praerogatiua tamen Homeri, cui vniuerſa aſſurrexerit Antiquitas, a quouis expreſſiſſet, vt ipſius auctoritas Pamphi anteferretur auctoritati. Sed volo agere liberaliſſime, fuerit Pamphus *προσέληνος*, *antiquior luna*, eademque floruerit, ſi Diis placet, ac Homerus auctoritate; tamen, ſi Home-

Homerus aeque ac Pamphus, Proſerpinam, Pampho vtique et Narciſſo Theſpienſi vetuſtiorem, narciſſi floris venuſtate circumuentam cecinifſet; nonne ſatius fuiſſet, vt Pauſanias, ad maiorem dictis ſuis fidem arceſſendam, ex vtroque de narciſſi antiquitate teſtimonium produxiſſet? et re ipſa accuratiſſimus hic ſcriptor, ſicubi Pamphum atque Homerum conſpirare, ſimulque concinere comperit, vtrumque pariter laudat, vti Libro I. 38. Nunc vero, dum Pamphum duntaxat adhibet teſtem, inuoluitque ſilentio Homerum, tantum non exſerta voce clamat, ſe plane Hymnum Moſcouiticum ignoraſſe. Quocirca ex eius ſilentio facultas mihi praebetur coniiciendi, huius Hymni ſarcinatorem Pauſaniae fuiſſe poſteriorem.

Compertum enim cuique eſt, conſueuiſſe veteres librorum corruptores, vt fragmenta alicuius operis illuſtrioris, iampridem deperditi, vndecunque corraderent, eaque infarciendo ſupplendoque ſic intexerent, ac ſolidarent, vt vnica et continuata ſeries appareret; de qua ſarcinatorum fraude plenae querelarum ſunt Criticorum paginae. Ad huiusmodi rhapſodorum normam, vt mihi videtur, ſe compoſuit, quicunque ille fuit, qui Hymnum in Cererem Codicis Moſcouitici Homero ſuppoſuit; atque is, pretium et fidem lucubrationi ſuae arceſſendi cauſa, laudatos a Pauſania ex Hymno Homerico verſus ſpurio ſuo operi inſuit, vt fucum faceret, et genui-

genuinum Homeri opus eſſe videretur, iudicio Pauſaniae comprobatum. Neque ſolum is ex Homero profecit, verum etiam ex Pampho, vnde ea, quae de narciſſo refert, hauſerit. Et plura fortaſſe alia, quam noſtra fert opinio, ex νομιζομένου Homeri Hymno in Cererem contraxit; namque nobis nonniſi ea pauca, quae Pauſaniae diligentia in Graeciae Deſcriptione reliquit, nunc noſſe licet; at aetate Moſcouitici Hymni ſarcinatoris plura atque vberiora fragmenta apud tot veteres Grammaticos, Poëtarum praeſertim enarratores, quos nunc deſideramus, ſuperfuiſſe valde ſit veriſimile. Quae omnia ipſe corradens, in vnumque corpus ferruminans atque expoliens, tanquam Homeri tabulam in pergula mango ſollertiſſimus expoſuit. Vel ſic tamen non omnia, quae potuiſſent aliquando fraudem detegere, praecauit: namque dum vetera cum ſuis poſterioribus curis compegit; eius oratio nunc ſermone Homerico leniter fluit, nunc vocabulis nouis aſperatur; eſt vbi ſententiarum grauitate aſſurgit; alias repente demittitur, atque humi repit. Indeque factum eſſe reor, vt Cl. Ruhnkenius ſimul rubiginem vetuſtatis, ſimul voces nonnullas recentiore nota ſignatas, ac non pauca *iacere* deprehenderit. Itaque, vt paucis me expediam, mihi videtur, lucubrationem, de qua ſum locutus, Moſcouiticam, non eſſe vnius aeui, eiusdemque artificis manu contextam, ſed ex variis, nec tamen concolo-

ribus, fruſtis aſſutam; cui proinde potius *Rhapſodiae*, quam Poëſeos nomen ex vero competeret.

Et tamen haec Rhapſodia fortunam nacta eſt ſplendidiſſimam; namque ad eam emendandam illuſtrandamque ornatiſſimos ac doctiſſimos Batauos, Valkenarium, Fonteinium, Vyttenbachium, Ruhnkenium, operam quemque ſuam contuliſſe comperio. Verum ſupra ceteros eminuit Ruhnkenius, quem poſtremo loco ad hoc compellaui, vt cum eo ſigillatim ac propius gratularer, eique nomine noſtrorum hominum, qui hisce ſtudiis delectantur, ingentes gratias agerem, quod primus monumentum, etſi non vltimae mea opinione antiquitatis, attamen antiquum ſatis, cum orbe literario communicarit, et laborioſis Laconicaque breuiloquentia expoſitis animadverſionibus locupletarit. Quantum, Deus bone, in eius labore felicitatis, quantumque memoriae plane ſtupendae! Namque de hoc etiam miratus ſum, Mnemoſynen ipſi propitiam, ad ferendas ſuppetias nunquam non adfuiſſe, ita vt, prout res poſcebat, quae in rem facerent, in loco ſuggereret: id quod ei cum opinionem immenſae lectionis conciliat, tum maximo praeſidio fuit, vt ipſe continuo loca, vel obſcura in ſuo lumine collocaret, vel confracta ac paene deſperata, ad vitam atque integritatem feliciſſime reuocaret. Igitur eius maxime opera factum eſt, vt Hymnus Moſcouitici Codicis in Cererem, ſexcentis prope

prope locis contumelioſe pulſatus, ad priſtinam, ſi paucos verſus exceperis, quos temporis iniuria penitus aboleuerat, incolumitatem ac ſpeciem redierit. Pauca tamen ſunt in eius caſtigationibus, quae nimiam corrigendi libertatem prae ſe ferentia (nec enim diſſimulandum eſt) mihi non omnino probantur.

Namque hoc equidem in more poſitum habui, vt in huiusmodi conatibus criticis, ante omnia allaborarim, vt editam lectionem quoquo modo tuerer, eamque, quoad eius fieri poſſet, ad commodum ſenſum inclinarem: quod ſi obtinere nequiuerim; protinus ab lectione recederem, eamque prae ceteris adoptarem, quae ab ipſis iam impreſſis literarum veſtigiis omnium minime recederet: tum demum, ſi nihil inde profecerim, ad licentiam criticam, vt in rebus fit deſperatis, deuenirem. Hos autem canones, quos religioſe ſemper tenui, cum ad lectionem Hymni Moſcouitici attuliſſem, animaduerti, nonnulla a Cl. Ruhnkenio ſine iuſta cauſa fuiſſe ſollicitata, nonnulla ingenioſe quidem emendata, ſed plus aequo ab editis in Codice Moſcouitico literarum ſulcis delirantia. Quamobrem viſum eſt mihi, Hymni Emendationes, quae mihi quidem ſuccurrerunt, publicare, alicui fortaſſe vſui futuras, ſi quis hunc Hymnum, cui titulus Homeri vel *νομιζομένου* exiſtimationem conciliat, aliquando recuderit.

Poſtremo hoc monitum lectorem volo, me in exponendis hiſce Emendationibus aliquanto fuiſſe prolixiorem; cuius ſane vitii facile gratiam factum iri mihi ipſe auguror, ſi reputabitur, me ſolitarium prodiiſſe in publicum, non adſcriptis neque Hymno, neque Cl. Ruhnkenii animaduerſionibus; quibuscum ſi vna pariter inceſſiſſem, vtique integra quorundam Hymni et Cl. Ruhnkenii locorum recitatione, quae haud parum contulit ad prolixitatem, ſuperſediſſem.

EMEN-

Digitized by Google

EMENDATIONES HYMNI HOMERICI IN CEREREM.

Verſ. 4. Δήμητρος χρυσαόρου. Aegre adduci poſſum, vt credam, Scriptorem Codicis Moſcouitici adeo negligenter ad exſcribendum hunc Hymnum acceſſiſſe, vt in ipſo limine, vti dici ſolet, offenderit, et pro χρυσοθρόνου (quod heic ſubſtitui Cl. Ruhnkenius de Graecis Latinisque literis benemerentiſſimus opinatur) τὸ χρυσαόρου illeuerit. Tanta enim eſt inter vtramque vocem ſoni diſcrepantia in fine dictionis, vt vna pro altera percipi nequiuerit. Quamobrem τὸ χρυσαόρου retinendum, atque eo compoſito Cererem [1]) δρεπανόφορον, *falciferam*, deſcriptam, reor. Ἄορ, et ἅρπη ſeu δρέπανον, non ſignificatione ſolum, verum etiam figura conueniunt. Videſis enſem Perſei in Pictura Herculanenſi, (Tom. IV. Pictur. Tab. VII. p. 33.) quo hic heros Meduſae caput amputauit, ſic effigiatum, vt et punctim caedendo, et qua parte in arcum ſinuatur, ſecando, inſtar falcis, aptus eſſe appareat. Opportune ibi Cl. Editor Antiquitatum Herculanenſium (is eſt *Paſchalis Carcani*, qui in Sanctioribus Scriniis Regis noſtri iamdudum magna cum laude honeſtatis

 mili-

militat, Vir omnigena eruditione doctrinaque, et non fucata humanitate praeditus, mihique a prima aetate coniunctiſſimus) adnotauit n. 5. enſem Perſei ἄορ ab Heſiodo, ἅρπην ab Aeſchylo ac Apollodoro dici, atque ab Hygino *falcem* verti. Hac autem obſeruatione adhibita, patet, epithetum χρυσαόρου, modo ἄορ pro *falce* accipiatur, Cererem non dedecere. His adde, quod ἄορ praeter primariam *enſis* notionem ad ſignanda alia cuiuscunque artis inſtrumenta protenditur, non ſecus ac ὅπλον et *arma;* vt Virgilio *arma Cerealia.* Profecto χρυσάορον Suidae eſt χρυσοφάσγανον et χρυσοκίθαρον, quorum alterum ad primam *enſis* ſignificantiam, alterum omnino ad Apollineam *Cithara* canendi artem ſpectat; namque Apollo is eſt, quem Homerus χρυσάορα ſaepe ſalutat. Itaque ἄορ, eiusque compoſitum χρυσάορος vel χρυσάωρ, varias pro vario perſonarum ſtatu, notiones induit; et in laterculo quidem Apollinis epithetorum *Citharam*, at vero in Cereris choragio *falcem* notabit.

1) Bene habet, quod Doctiſſimus Ignarra de vulgata lectione χρυσαόρου per interpretationem commodam defendenda ſatagit. Recte idem animaduertit, verba ἄορ, ἅρπη, et δρέπανον non ſignificatione ſolum, verum etiam figura conuenire. Nimirum in hisce de *enſe falcato* cogitandum, cuius vſus priſcis temporibus admodum frequentari debuit. In antiquiſſimis enim fabulis

bulis vbique ἄρπη memoratur, non haſta nec aliud telum. Perſeum eo inſigniri notum eſt. Poſtrema delibaui ex Heynii praeclaro in Apollodorum commentario I. 1. 1. p. 12. Iam etſi ea eſt ſatis expedita ratio, qua Cererem χρυσάορον falce, frugum metendarum cauſa, inſtructam cogitemus; malim tamen Deam hac falce, tanquam armis omnino, qualia Diis et heroibus vetuſtior adſignauit antiquitas, et ſicuti haec ipſa Dea Boeotis culta fuit, a poëta hoc epitheto repraeſentatam intelligi. Ipſos Veteres in notione h. v. conſtituenda fluctuaſſe, ſatis patet ex adducto Suidae loco, qui χρυσάορον interpretatur χρυσοφάσγανον et χρυσοκίθαρον; quem poſteriorem ſignificatum, quomodo χρυσάορος ſibi vindicare potuerit, primo intuitu vix adſequaris. De Apolline Suidam cogitaſſe, ſatis obuium eſt. Sed, ſi etymologicas, haud ineptas, ſpectes rationes, χρυσάορος recte dicetur is, *qui inſtrumentum aliquod, auro elaboratum, tollit, ſublatumque adeo geſtat* (ab ἀείρω). Quamquam inde, veteres de quauis re, quam cuiuis deo perpetuo geſtandam, vt Apollini citharam, attribuerint, illud adhibere potuiſſe, non temere augureris; vſus tamen inualuiſſe videtur, vt de armis tantum dictum fuerit, id quod e v. ἄορ ſatis patet. Apollinem quoque ab *aureis telis* potius, quam a cithara χρυσαόρου cognomen traxiſſe perſuaſus ſum, quicquid contra hario-

 letur

letur Heraclid. in Vita Homeri p. 25. ed. Schow: καὶ μὴν χρυσάορον αὐτὸν ὠνόμασεν, οὐχ ὡς ὑπεζωσμένον χρυσοῦν ξίφος· ἀνοίκειον γὰρ Ἀπόλλωνι τὸ ὅπλον· οὐ τοξότης γὰρ ὁ θεός· ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐξ ἀνατολῶν χρυσῷ μάλιστα τὸ φέγγος ὁραθὲν ἔοικεν, εὑρέθη πρέπον ἐπίθετον τῷ ἡλίῳ διὰ τὰς ἀκτῖνας, ὁ χρυσαώρ. Nec ſaniora adferunt Schol. ad Il. ο. 256. quae Apollinem χρυσάορα explicant χρυσοῦν τὸν ἀορτῆρα τῆς φαρέτρας, ἢ τῆς κιθάρας ἔχοντα. Οὐκ ἔτι δὲ ξίφους. ἁγνὸς γὰρ ὁ θεός. Atqui Apollo armatus galea, haſta, et arcu occurrit in illo vetuſto Opere Amyclaeo, quod accurate deſcripſit Pauſan. III. 19. p. 257. cf. Schol. ad Homer. Il. V. v. 509. qui h. v. componit cum ἀργυρότοξος.

v. 13. Κῶδις τ' ὀδμῇ. Verſus manifeſto corruptus, et ſemipede decurtatus. Sed praeſtat locum integrum adducere:

Τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει
Κῶδις τ'. ὀδμῇ πᾶς δ' οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
Γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε, καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης.

Hymnographus hic in narciſſi laudibus occupatur, eumque a multitudine florum (*centum enim capita ab radice pullulaſſe* praedicat) et ab odore, quo totus perfundebatur mundus, com-

commendat. At quid illud Κῶδις τ' ſibi velle dicemus? Cl. Ruhnkenius, vbi rectiſſime adnotaſſet, τὸ Κῶδις Heſychianum pro Κωδεία, non eſſe aptum huic loco, ſic verſum refinxit:

Κηώδει δ' ὀδμῇ πᾶς οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.

Laudo equidem doctiſſimi viri acumen, at libertatem tantam non probo: hoc enim pacto particula δὲ a ſede, quam ipſa in Codice Moſcouitico tuetur, in aliam ſine iuſta cauſa retraheretur. Itaque, cum mihi perſuadeam, totum vlcus in Κῶδις τ' latere, ibique iacturam vnius ſyllabae fuiſſe factam, ſic eam vocem contumelioſe affectam reſtituerem:

— — — ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει
[2]) Κυδιόωντ'· ὀδμῇ πᾶς δ' οὐρανὸς — —

Centum capita pullularunt exſultantia. *Κυδιᾶν exſultare* de erecta rigidaque ceruice dici, notius eſt, quam vt monitore indigeat: hic autem ad narciſſum eleganter translatum, oſtendit, eius capita tunc non flacceſcere, ſed maximum virorem prae ſe tuliſſe. Hinc immenſus et quaquauerſum diffuſus odor, et plantae potiundae ingens in Proſerpina deſiderium.

2) Κυδιόωντ'. pro vitioſo Κῶδις τ' ſatis docte, atque eleganter. Enimuero quod Cl. Ignarra de Ruhnkenii emendandi modo ait: *Laudo equidem doctiſſimi viri acumen,*

men, at libertatem tantam non probo, eodem in hunc ipſum iure hoc cadere videtur. Multo facilius, et, meo quidem ſenſu, vnice verum, quod in Notis dedi: κωδείας τ'. Nam reliqua ſana, quod et Ignarra vidit.

v. 23. Ἀγλαόκαρποι ἐλαῖαι. Oleae hic omnino importunae viſae ſunt Cl. Ruhnkenio, indeque liberum coniiciendi arbitrium lectori relinquit. At equidem et locum ſanum, et intellectu non difficilem iudico. Tritum eſt, poëtas ſaepe rebus inanimis, arboribus praeſertim, ſenſum atque intelligentiam tribuere. Igitur hymnographus noſter, huius τερατολογίας affectandae cauſa, refert, Proſerpinae eiulationes *neque Deos*, *neque homines*, [3]) *neque oleas* (quibus Nyſaeum agrum fuiſſe refertum hinc patet) *aduertiſſe*. Plane ſimilis in re diſſimili eſt illa Horatii ſententia:

— — — — *Mediocribus eſſe Poëtis*
Non DI, non homines, non conceſſere columnae.

3) In hoc acumine Ignarram ſibi placuiſſe miror. Nihil quidem peruulgatius, quam vt rebus ſenſu deſtitutis animam atque ſentiendi vim impertiant poëtae; quae tamen ratio ab h. l. quam maxime aliena videtur. Proſerpina enim inclamat Deos, homines, et Nymphas, quibuscum luſerat, vt auxilium ſibi ferant. Extra oleas igitur ἐλαῖαι hic commemoratae. Aliter haberet, ſi poëta

oleas

Digitized by Google

oleas raptu Proſerpinae moerore adfectas dediſſet, qui fere, praeter laetitiae, ſenſus rebus inanimatis tribuitur. E. g. in Daphnidis obitu apud Virgil. Ecl. V. 27. ſſ. vbi *loquuntur* de montibus pro *reſonare* dictum adferas Papin. Stat. Theb. XII. 276.

Perſephonen amnes, ſiluae, freta, nubila, clamant.

h. e. *amnes* etc. *reſonant Cereris*, *Proſerpinam nomine vocantis*, *clamore*. De Achille, a Chirone diſcedente idem poëta Achill. I. v. 237 - 241. Neque quicquam praeſidii huic explicationi adferas ex Horatii loco, qui prorſus alienus eſt, monente iam Pindemontio in Praefat. p. XIII. Cum Ignarra facit fere Rob. Lucas, qui, cum ſatis libere vertiſſet hos vv.

Alas! nor god, nor man, would hear her cry,
Whilſt e'en the grove itſelf denies reply.

in nota ſubiecta rem ſatis expeditam eſſe opinabatur, quam quidem Lectoribus adponam: „On the laſt
„part, οὐδ᾽ ἀγλαόκαρ-
„ποι ἐλαῖαι, the edi-
„tor ſays in a note:
„haec non capio: vi-
„deant acutiores. Af-
„ter ſuch a declara-
„tion i could not ho-
„pe to diſcover the
„meaning of theſe
„words, if it depen-
„ded on a learned pe-
„netration: but, as
„the ſenſe of them
„ſeems to me to lie on
„the ſurface (the rea-
„ſon probably, why
„the editor has over-
„looked it) I may
„venture my idea of
„it. Nothing is more
„common with poets,
„than

„than to feign an attention in mountains, rivers, woods, „to perſons ſinging or „bewailing, which no „doubt took its riſe „from the echoes „which uſually proceed from thoſe places. Virgil. Ecl. 10. „8.

„Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſiluae.

„Aen. XII. 928.

„Conſurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
„Mons circum, et vocem late nemora alta remittunt.

„I take therefore, οὐδ' „ἀγλαόκαρποι ἐλαῖαι, „to mean ſimply this; „that the *fruitfull olive groves*, which „were near, *heard „not*, or were inattentive to the cries „of Proſerpine; and „gave no anſwer to „them with their accuſtomed echoes.“ Si omnino τὸ ἐλαῖαι interpretatione vtcunque ſuffulciendum ſtatuas, praeferenda eſt vtique altera ratio, quam in Notis iam attigi, nimirum vt aliquam oleis conſitam aream cogites, vbi Cererem tum commoratam poëta innuere voluerit.

v. 50. Βάλλετο, ſi diſplicet, in [4]) Βάπτετο refingi poteſt: ſed illud magis arridet, ſimplex ſcilicet pro compoſito (vt ſaepe alias) ἐμβάλλετο.

4) Si plures libri extarent, in iisque variaret ſcriptura h. l. vt quidam βάλλετο, alii βάπτετο prae ſe ferrent, praeferrem vtique βάλλετο tanquam exquiſitius; niſi malis, quod

quod propoſui, θάλπετο, quod ſane elegantius videtur. Βάλλετο vero neutiquam pro compoſ. ἐμβάλλετο poſitum videtur. Vide Not.

v. 64. Αἴδεσσαί με θέας ὕπερ. Nullum commodum ſenſum ex θέας ὕπερ exſculpi poſſe fatetur Cl. Ruhnkenius. An legendum Αἴδεσσαί μ' ἐλέους ὕπερ, *me pro commiſeratione reuerere?* Sed hoc nimis humile, abiectum, et maieſtati numinis indignum. Verum ſi mendoſum θέας in [5]) Ῥέας emendetur, plana ſunt omnia.

Αἴδεσσαί με Ῥέας ὕπερ . . . .

Ceres, Rheae ex Saturno filia, Solem deprecatura, ad declinandam exprobrationis notam, non ſua in ipſum merita, ſi qua forte fuerint, commemorat; ſed vtique Rheae ſuae genetricis, quae ceteroqui communis Deorum omnium mater habebatur, beneficia modeſte inſinuat, vt illum magis deliniat. Quae emendatio, ſi proba viſa fuerit, tunc ἵηνα verſus ſequentis, in ἵηνε, vt ad Rheam referatur, eſt immutandum.

5) Ῥέας ὕπερ — ἵηνε, facili quidem emendatione, in qua vero me non tam male habet hoc, quod, quibus Rhea Solem ſibi deuinxerit officiis, e mythis parum compertum habeamus; quam potius, quod Ceres ad aliorum merita in Apollinem collata prouocet, neque ſua ipſius qualiacunque

que

Digitized by Google

que commemoret. Neque enim, quod putabat doctus Italus, hoc ipſo exprobrationis notam Ceres ſubibat, qui delicatior ſenſus ab aetate heroica prorſus abhorret. In antiquiſſimis enim obteſtationum atque precum formulis haecce fere ſolemnis obtinebat ratio, vt homines ſacrificiis oblatis Deos ad remunerationem prouocarent, eaque, quae a Diis precibus impetraſſent, non tam beneficii, vltro in ipſos collati, quam potius gratiae loco haberent. Exempla in Homero, aliisque ſatis obuia hac de re. vid. Ruhnken. et nos ad h. v.

v. 122. *Δὼς ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί.* Eo libentiſſime in ſententiam Cl. Fonteinii, qui pro *Δὼς* acute vidit *Δηὼ* eſſe legendum; nec enim verendum eſt, vt Ceres hoc pacto ſe vltro prodidiſſet, cum deliteſcere voluiſſet: qui quidem fuit ſcrupulus eruditiſſimi Ruhnkenii, qui propterea *Δωρὶς*, quam *Δηὼ* hic ſubſtitui mallet. Id, inquam, minime verendum eſt; namque nominis Deae *τὸ διακριτικὸν*, non in componente [6]) *Δηὼ*, ſed in ſolito compoſito *Δημήτηρ* conſiſtit; in quo compoſito *Μήτηρ* potius, quam *Δηὼ* triumphat. Ac profecto Latini, Graecos imitati, in efferendo huius Deae nomine, nonniſi *τὸ Μήτηρ* ob oculos habuerunt, neglecta penitus componente illa parte *Δηώ*. Ergo *Cererem* illi dixerunt; quae vox, miſſis aliis etymologiis nimis e longinquo petitis, ab antiquo

quo verbo *Cereo*, quod olim, Varrone teſte, pro *Creo* vſurpabatur, rectius ac pronius deducetur. Ex eodem *Cereo*, vti patet, deſcendit *Cerus*, quod in Saliari carmine, interprete Feſto, *Creatorem* ſignificabat. Vide Voſſium Etymol. in v. *Creo*. Ex eadem quoque origine, niſi valde mea me fallit opinio, *Procerum* etymon arceſſerem; nam, quae hactenus de hac voce excogitata ſunt, inepta, ne dicam futilia, ſunt omnia. Quos Romulus in Senatum allegerat, vt loco Patrum, et Conditorum vrbis haberentur, *Proceres* olim dictos fuiſſe reor, a *Cereo* ſcilicet, creo, condo, gigno; hos aetate ſequenti, vſitatiore quidem, ſed aequipollente vocabulo, Patricios audiiſſe. Vide Feſtum in v. *Procum*; vnde eruitur, *Procum* notare *Patricium*, et in Deſcriptione Claſſium Seru. Tullii, *Procum* pro *Procerum*, ſeu potius *Procerem*, fuiſſe vſurpatum. Sed redeo ad Latinam *Cereris* vocem, quae, ſi prima origo ſpectetur, non aliud, niſi *Creatricem*, et *genitricem* ſignificare, perſpicietur. *Cerus* quidem, vt ex carmine Saliari vidimus, erat commune Deorum elogium; attamen huic Deae, ob ſalutarem et beneficentiſſimam frugum inuentionem, peculiariter attributum eſt: non ſecus ac apud Graecos, qui, Δήμητρα hanc ipſam vocantes, omnium maxime ad *Matris* vocabulum, caritatis et obſeruantiae plenum, ſpectarunt. Namque illa altera pars Δηὼ, adiectiuum, non proprium Deae nomen, eſſe indico.

dico. Si veteres audimus, Δημήτηρ ſic dicta fuerit, quaſi Διδοῦσα ὡς Μήτηρ, vt Plato in Cratylo; vel, vt aliis viſum, quaſi γῆ μήτηρ: quae ſunt merae naeniae. Equidem conii-cio, illud Δηὼ eſſe ex Pelasgica lingua, in latino etiamnum ſermone ſuperſtes. Ex Phoenicio טוב *Thob*, ſiue *Thov* (*bonus*) profi-ciſcitur, vt mea fert opinio, vetus Latiale vo-cabulum *Duonus;* quod recentiores Latini *Bonus* extulerunt; mutato ſcilicet *Th* in *D*, vt ex ϑεὸς, *Deus*, et addita tralaticia produ-ctione nominis, vt ex *Tribus*, *Tribunus*, ex *Quiris*, *Quirinus*, et millena alia. Gloſſae Philoxeni: *Duonus*, ἀγαϑός. In carmine Saliari *Duonus* eſt *Bonus*. In Plauto *Iouem ſe placare poſſe donis hoſtiis*, Scaliger reſtituit *Duonis*. Vide Voſſii Etym. in v. *Bona*. Nunc miſſum facio Camerarium, quem ſequitur Voſſius l. c., qui *Duonum* repetit a *Duobus;* namque *Bonum*, inquit, cum ſui in alterum ſit communicatiuum, *Duum* mentione indi-catur; quod etſi philoſophice ſit verum, grammatice tamen non item. Ergo Tyrrhe-ni, qui in Italiam delati, auctores priſcis La-tinis fuerunt, vt ex *Thov* Pelasgico exprime-rent, ad ſuaeque linguae genium inflecterent, *Duonus;* iidem ipſi, dum in Attica verſaren-tur, Graecos docuerunt, vt inde etiam ΔηFὼ ſiue Δηὼ eodem ſignificatu vſurparent. Quo ſit, vt Δημήτηρ, contractum ex Δηὼ Μήτηρ, nihil aliud Latine preſſius notet, niſi *Duona Ceres* h. e. *Bona Genitrix*, vt in carmine Sa-

liari

liari *Duonus Ceruſes* eſt *Bonus Creator, Genitor.* Ac vide, ſodes, quam Graeci Latinique amice, ac veluti e compacto conſentiant, dum etiam huius Deae nomen decurtant. Graeci Proſerpinae matrem non raro Δηὼ vocant, h. e. *Bonam*, vt indicio linguae Phoeniciae paulo ante inſinuaui. Hoc ipſum et Latinos factitaſſe comperio, quibus deam *Bonam* non aliam eſſe a *Cerere*, poſſem oſtendere, ſi id agerem. Sed redeo tandem, vnde praeter meam opinionem digreſſus fui. In noſtro hymno ne dubites, ſic vt Fonteinius monuerat, legere, Δηὼ ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί. Nullum enim inde periculum de proprio nomine Cereris deliteſcentis perperam prodito: quod autem proditur, non ſic Cereri proprium, vt cum aliis multis communicari nequeat.

6) Fonteinii coniecturam, Δηὼ ἐμοί γ' ὄν. ἐ. poetae haud indignam, Ignarrae tamen rationibus, etymologicis ſcilicet, parum ſuſtentari, quiuis facile animaduertit. Ceterum cum maxima fere pars huius Notae, quae reconditiorem aliquam doctrinam potius, quam ſeuerioris iudicii acumen prodit, in Δηοῦς, aliorumque, quibus illa Dea gaudet, nominum abſoluatur etymologiis excutiendis, neque meo in re, vnde, cum tam incerta atque dubia ſit, vix vlla redundare poteſt vtilitas, vlterius perſequenda, otio abvti animus ſit; in eorum gratiam, qui hisce dapibus, a quibus ſemper abhorrui, haud parum delectantur, adponam ea, quae ſuper

 hac

hac re nuper diſſeruit Doctiſſimus de Sainte-Croix in Recherches ſur les Myſteres du Paganiſme p. 523. „Ce „ne fut qu'après le „ſiecle d'Homere et „d'Heſiode, qu'on donna à Cérès le nom de „Δηὼ, ſimple abréviation de Δημήτηρ, „comme un Scholiaſte Grec (ad Heſiod. „Theog. p. 268. ed. „Heinſ.) ſemble le „croire. D'autres E„crivains dérivent „Δηὼ de δαίω *je brûle* „(Etym. Magn. in v. „Δηὼ p. 264.) parce „que Cérès ravagea la „terre en cherchant „Proſerpine; de Δηὰ „*l'orge*, chez les Cré„tois (ibid.), a cauſe „de la découverte „qu'en fit cette pre„miere Déeſſe; enfin „de δήω, *je trouve*, „(Euſtath. ad Homer. „Odyſſ. L. XI. p. 421. „ed. Baſ. Etym. Magn. „in v. δήετο.) ayant „trouvé, après de lon„gues et pénibles „courſes, ſa fille, ap„pellée, par cette rai„ſon, Δηϊώνη, ou plu„tôt, Δηωΐνη. (Cal„lim. fragm. XLVIII. „vid. Not. p. 431. 32. „ed. Erneſti. Quelques „Poëtes Latins on ren„du ce nom par celui „de *Deoïa*, et Deoïs, „pour Cérès. Ouid. „Metam. L. VI. v. 114. „L. VIII. v. 758.) Les „Latins faiſoient ve„nir le nom de Cérès, „qu'ils donnoient à la „Déeſſe de la terre, „de *Gerere*, ancienne„ment *Cerere* . . . . „*quod gerit fruges*. „Fulgence s'imagine, „qu'il dérive de χαῖρε, „parce que l'abondan„ce de fruits cauſe de „la joie (L. I. c. IX.). „Toutes les étymolo„gies hazardées par „les Hébraïſants, me„ritent encore moins „d'atten-

„d'attention. Pour „n'être pas vraie, celle de M. le Préſident „de Broſſe n'en eſt „pas moins ingénieu- „ſe. Selon lui, *Hé- „rès*, ou avec l'aſpi- „ration gutturale, *Ché- „rès*, Cérès, eſt le nom „propre de la Terre, „*Erets*, *Terra*. Un „Roi d'Egypte s'ap- „pelloit *Mer - Chérès*, „le maître du Pays, „*Dominus Terrae*. Il „me ſemble, que la „vraie étymologie du „nom de Cérès, eſt „*Cérus*, uſité dans la „langue des Etruſques „pour ſignifier Créa- „teur (*Cerus mannus „intelligitur Creator „bonus*. Feſt. L. XI. „p. 237. *Iſidor*. Orig. „L. VIII. c. X.). Ce „peuple communiqua „aux Romains une „partie des cérémo- „nies du Culte de Cé- „rès, qu'ils regarde- „rent comme *princi- „pem omnium ſacro- „rum* (Cicer. in Verr. „Act. IV. L. III. §. „49.)." Aliter in Memoir. de Litterat. T. XXIII. p. 257. „Le „nom Grec d'Iſis ou „de Cérès etoit Δηὼ, „ou Δαὼ, & il ſigni- „fioit proprement *la „Terre;* on le voit par „le nom de Neptune „Ποσειδάων, qui ſigni- „fioit ſimplement le „*Mari de la Terre*, ce- „lui qui l'embraſſe."

v. 144. καὶ κ' ἔργα διαθήσαιμι γυναικός. Verſus inprimis corruptus, et cum metri ratione colluctans. Cl. Ruhnkenius nihil hic habet, quod difficultatem extricat. At vero, ſi vox διαθήσαιμι, quae ſola turbas ciet, vnius literae fulcro adiuuetur, carmini quantitatem reſtituet. Ceres, vt operam induſtriamque

 ſuam

ſuam exponeret, iactat ſe eſſe huiusmodi, quae ſcite noſſet *puerum vlnis geſtare ac nutrire, domum tueri, lectum ſternere;* et, ne ſingula enarrando longum faciat, cetera brevitati ſtudens ſic compedifecit: Καὶ κ' ἔργα [7]) διαθλήσαιμι γυναικὸς, *et opera feminea elaborare*, h. e. ea omnia exſequi, quae domi per ſequiorem ſexum expediri ſolent, vt *lanificium, panificium* etc. Itaque τὸ διαθήσαιμι mendoſe editum loco τοῦ διαθλήσαιμι huius verſus quantitatem interceperat. Heſychio διαθλεῖν redditur ἐργάζειν, et Suidas addit, verbum διαθλεῖν cum accuſatiuo necti; vt hic ἔργα διαθλήσαιμι.

7) In διαθλήσαιμι ipſe olim incideram, cum adhuc in ſinu Paedagogii Ilfeldenſis, cui Deus faueat! deliteſcerem. Quam coniecturam, quum vna cum altera, quam in Notis adpoſui, διαντλήσαιμι, cum Heynio, Praeceptore meo aeternum venerando, communicarem, isque, hanc alteri praeſtare, humaniter mihi reſcriberet, ſtatim illam in ſpongiam ire iuſſi. Sed de hoc verſu, poſt inuentam a Voſſio veritatem, ecquis amplius coniectandi locus erit?

v. 153. Ἡ μὲν Τριπτολέμου. Subaudiendum hic volunt vocem οἰκία. Quod equidem non improbo: attamen, ſi cui ea ellipſis nimis e longinquo petita videbitur, is in proximo habet (v. 150.) vocem [8]) τιμὴν, quam huc opportune conferat.

8) Τιμὴ

8) Τιμὴ nimis longe remotum, quam vt recte huc trahere liceat. Mirum quoque inde enaſcitur loquendi genus. Vertas quaeſo: *alia quidem imperandi auctoritas eſt Triptolemi, Diocli alia*, etc. Οἰκία et ſim. omitti vulgata res eſt, et oratio omnino δεικτικῶς accipienda.

v. 157. Τάων οὐκ ἄν τις σε κατὰ πρώτιστον ὀπωπὴν
Εἶδος ἀτιμήσασα, δόμων ἀπονοσφίσειεν.

Emendandum mihi videtur [9]) ὀπωπῆς, vt ſit ſenſus: *ad primam aſpectus ſpeciem;* et vt metri quantitas ſibi conſtet, legendum cum duplici ſibilante litera, ἀπονοσφίσσειεν, vt Homero νοσφισσαμένην, Odyſſ. φ. 77. 104. quemadmodum in elegantiſſima Glasguae editione anni 1758. emendate legitur.

9) Citra neceſſitatem, imo, quod vulgatur, eſt magis Homericum, ſi poſt ὀπωπὴν diſtinguas. De ſententia horum vv. vide ad v. 159.

v. 227. Οὔτ' ἄρ' ἐπηλυσίη δηλήσεται, οὔθ' ὑποταμνόν.
Οἶδα γὰρ ἀντίτομον μέγα φέρτερον ὑλοτόμοιο·
Οἶδα δ' ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἐσθλὸν ἐρυσμόν.

Coniecit Cl. Ruhnkenius, tum ὑποταμνὸν, tum ὑλότομον eſſe certa herbarum vocabula, ad maleficia potentium; quamuis, ipſe mox ſe recipiens, de verà vtriusque vocis acceptione deſperarit. Contra mihi facillima videtur carminis ſententia, ſi pro [10]) ὑποταμνὸν (quae vox totum faceſſit negotium) legatur ὑποτάμνων. Ὑποτέμνειν, ſeu ὑποτάμνειν, vt ipſa fert etymologia, *ſuccidere* notat, non ſine tamen adiuncta doli, fallaciaeque ſuſpicione; indeque paſſim traducitur ad illud ſignificandum, quod quoquo modo *adverſatur*, *obſiſtit*, intercipit. Hic autem ſermo eſt de praeſtigiis et veneficiis, quae plerumque carminibus, atque inciſionibus herbarum parari mos erat; praeterea τὸ ὑποτάμνων coniungitur cum τῷ ἐπηλυσίῃ, quod eſt indubium incantationis vocabulum; hinc facile ſuadetur, vt ὁ ὑποτάμνων (participium ſcilicet pro verbali ὑποτομεὺς, vt ſaepe ſit) intelligatur *doloſus herbarum ſector*, *veneficus*: quod clarius fit ex notione τοῦ ὑλοτόμου, de quo iam dicendum. Duo ſe in numerato habere iactat Ceres, *alexipharmacum* ſcilicet (ἀντίτομον) et amuletum, (ἐρυσμὸν) quae incantamentis et veneficiis opponat. Cum autem ἐρυσμὸς aduerſatur ἐπηλυσίῃ, veriſimile eſt, ἀντίτομον opponi ὑλοτόμῳ h. e. *veneno in ſyluis ſucciſo.* Enimuero ὑλότομον ex ipſa vocabuli poteſtate *venenum* quidem non ſignificat; vt neque ἀντίτομον ex ſuapte vi *alexipharmacum* notat: at quia vſus obtinuit,

nuit, vt τὸ τέμνειν in medicamentis parandis paſſim adhiberetur, et ἀντίτομον pro alexipharmaco caperetur, facile eſt intelligi, vbi τὸ ὑλότομον opponitur ἀντιτόμῳ, vt hoc pro alexipharmaco vſurpatur, ſic illud pro *veneno in ſyluis ſucciſo* eſſe capiendum.

10) Οὐδ' ὑποτάμνων, paucos, quibus arrideat, habebit. Nam poſt ἐπηλυσίη nemo facile ὑποτάμνοντα, ſed ipſum ὑποτμηθὲν, ſeu, vt poeta innouavit, ὑποταμνὸν exſpectet. Quod vero τῷ ὑποτέμνειν doli fallaciaeque ſubeſſe ſuſpicionem cenſet, in hoc, certe hacce h. v. notione, qua de herbis ſucciſis adhibetur, falli videtur. Quae tamen huic verbo accedit h. l. ex oppoſ. ἀντίτομον, quod cum ἀλεξιφαρμάκου virtutem habeat, ὑποτάμνειν *malas herbas ſuccidere* ſignificet, neceſſe eſt. Satis quoque patet e v. δηλήσεται. vid. not.

v. 266. . . . πόλεμον καὶ φύλοπιν αἰνὴν
Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι συναυξήσουσ'
ἤματα πάντα.

Cl. Ruhnkenius hic monet: *Metri ratio poſtulat, vt legatur:*

Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι συναύξουσ' ἤματα πάντα.

quod etiam probabat Valkenarius noſter. Ratio quidem metri poſtulat, vt redundantia ſyllabae in συναυξήσουσι recidatur; at vero vaticinii ratio quoque flagitat, vt, quae prae-

 dicun-

Digitized by Google

dicuntur, futuro tempore efferantur, quale certe non eſt συναύξουσι. Quamobrem mihi videtur hymnographus ſcripſiſſe:

Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι [11]) συνάξουσ' ἤματα πάντα.

nam συνάγειν φύλοπιν (*committere praelium*) trita eſt formula, et hic ſane conuenientior, quam συναύξουσι.

11) συνάξουσ' notiſſimum hac de re verbum, quod librarios peſſumdediſſe ne ſuſpicari quidem licet. Vero autem magis ſimile eſt, librarios τῷ ἀέξουσ' notiorem formam ſubſtituiſſe αὐξήσουσι, et συν deberi anteced. ἀλλήλοισι.

v. 325. Αὖτις ἔπειτα μάκαρας θεοὺς αἰὲν ἐόντας.

Cl. Valkenario viſum fuit, *ex hoc verſu* Πατὴρ, *aut ſimile Iouis nomen excidiſſe.* Darem libenter manus, ſi hoc addito fulcro laboranti verſui, prout res poſcit, ſuccurreretur. Profecto ſic verſum conſtituerem:

Αὖτις ἔπειτα θεοὺς μάκαρας [12]) Ζεὺς αἰὲν ἐόντας.

Qui elementa vtriusque vocis, ζεὺς nimirum et θεοὺς, ferme ſimilia contemplatur, facile librario, humanitus quid paſſo, veniam largietur. Hoc autem παρόραμα fraudi porro fuit, vt aliud facinus admitteretur. Namque alius huius Codicis ſcriptor, non valde diligens,

gens, et, vt res ipſa prodit, ἄμουσος, animaduertens vocem θεοὺς otioſe bis inculcari, incurioſe inde eam vocem ſubmouens et mutilans, vbi eam ſeruari maxime oportuiſſet, ſic exarauit:

Αὖτις ἔπειτα μάκαρας θεοὺς αἰὲν ἐόντας.

Quo ſane duplici errore, παροράματι ſcilicet, et mutilatione, factum eſt, vt hic verſus, ſicut in Moſcouitico Codice exhibetur, dextra laevaque peccaret. Sic ſentio.

12) Ingenioſe, niſi vere, erroris originem indagauit Ignarra doctiſſimus. Ipſam coniecturam, quam et VV. DD. Waſſenberg. et Fontein. propoſuere, in contextu quod recepi, eo magis nunc laetor, quo plures in hac emendandi ratione conſpiraſſe video.

v. 345. — — — ἠδ' ἐπ' ἀτλήτων
Ἔργοις θεῶν μακάρων μητίσετο βουλῇ.

Cl. Ruhnkenius, numquam mihi ſine laude nominandus, ſic corruptum hunc verſum reſtituit:

— — — — — ἧτ' ἀτέλεστον
Ἔργοις ἀθανάτων μακάρων μητίσατο βουλήν.

Equidem huic correctioni plauſum facerem, niſi praeferrem per veſtigia editae lectionis incedere, quam nouum ex ingenio effugium excogitare. Hic autem totum carcinoma,

 quod

Digitized by Google

quod verſus metrum pariter et ſententiam offuſcat, in vna voce, Ἔργοις nempe, ſtabulatur; quae vox, manifeſto ſucciſa, ſic diducenda atque amplianda, vt conſociata cum ſequenti voce θεῶν, integram penthemimerim conficiat. Nihil autem et ad metri rationem, atque ad ſententiae perſpicuitatem aptius, et quod magis ad editam lectionem accedit, mihi profecto ſuccurrit, quam [13]) Ὀργισθεῖσα θεῶν. Et fortaſſe vox Ὀργισθεῖσα compendii cauſa in Ὀργισθα θεῶν contracta, librario Codicis Moſcouitici impoſuit, vt in Ἔργοις θεῶν eam deformaret. Quae mea coniectura ſi arriſerit, tunc verſum, quam minima mutatione adhibita, ſic legere licebit:

— — — — — ἠδ' ἐπ' ἀτλήτων
Ὀργισθεῖσα, θεῶν μακάρων μηνίζετο βουλῇ.

Haec autem (Proſerpina) *ob intolerandum caſum* (raptum ſcilicet et matris deſiderium, quae ſane ſunt ἄτλητα) *ſuccenſens*, *beatorum deorum voluntate iram concoquebat:* nam μηνίζειν ſeu μηνιᾶν, non ſimpliciter iraſci, ſed in ira perſeuerare notat, vti monuit H. Stephanus. Quam minima dixi mutatione; nam quod μηνίσετο in μηνίζετο refinxerim, id plane nauci non eſt; namque infra v. 345. mendoſe etiam δεσπόσεις pro δεσπόζεις legitur.

13) Ὀρ-

13) Ὀργισθεῖσα per ſe ſatis ingenioſum, cum reliquis tamen vix conciliandum; inprimis ſi Ignarrae interpunctionem atque inde enatam ſententiam conſideres. βουλῇ θεῶν μακάρων prorſus frigent, vti et μηνίζετο poſt Ὀργισθεῖσα. Et omnino de Cerere haec adiecta accipi malim, quam de Proſerpina. Vid. Not.

v. 372. Ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν μελιηδέα λάθρῃ.

Quid doctiſſimum Ruhnkenium mouerit, vt pro λάθρῃ ſubſtitutum vellet δαῖτα, omnino non capio, nam quod infra v. 412. hymnographus ſcripſerit, ῥοιῆς κόκκον, μελιηδέ' ἐδωδὴν, nihil inde certi praeſidii adſciſci poteſt, vt edita lectio expungatur. Ceterum illud aduerbium λάθρῃ opportuniſſimum hic eſſe reor, ideo additum, vt intelligeretur, quicquid in virginem Proſerpinam a Plutone admiſſum, id [14]) *furtim* ac ſe repugnante accidiſſe. Quid autem ſit, *pomum comedendum tradere*, pluribus docet Lipſius Antiq. Lect. III. quorum ſumma huc redit, veteres ſub allegorica *horti* et *pomi* notione luſiſſe, vbi quid ſubturpe intellectum vellent. Huc etiam mihi pertinere videtur, quod Pauſanias Achaic. cap. 17. narrat, Sangarii amnis filiam, vbi decerptos Amygdali fructus in ſinum abdidiſſet, matrem euaſiſſe. Operae autem pretium foret, rimari, vndenam primum huiusmodi allegoria initium duxerit. An ex prae-

Digitized by Google

praeſcripto Solonis, praecipientis (quemadmodum narrat Plutarchus in Γαμικὰ Παραγγέλματα prope ab initio) vt coniuges, priusquam conuenirent, malum Cydonium manderent? an ex eo, quod monuit Arnobius l. V. p. 86. *Antea mos fuerat in allegorica dictione, honeſtiſſimis ſenſibus obumbrare res turpes, et foeda prolatu honeſtorum conueſtirier dignitate?* Hoc veriſimilius puto; indeque obtinuiſſe exiſtimo, vt poëtae a Feſcennina loquendi licentia temperantes, *pomorum* allegoria delectentur. Quae contecta ſcribendi ratio etſi paſſim in tralaticium morem abierit; omnino tamen non probo Cornelii Agrippae commentum, qui in Declam. Pec. orig. non aliter hortum Edenicum, et pomum, a prima genitrice guſtatum, interpretatur.

14) Bene habet, quod Doctiſſ. Ignarra λάϑρῃ contra Ruhnkenii conatus defendat, quamuis in notione huic partic. hic ſubſtituenda plane diſſentiam. Qua de re in Notis diſertius expoſui. Neque in allegoricis mali Punici excutiendis rationibus nunc morari lubet, cum res iniqua Patrum, Clementis, aliorumque interpretatione mire deformata ad liquidum vix perduci queat. Sufficit tenere hoc, quod pro explorato haberi poteſt, *malum Punicum* fuiſſe apud Vett. *fertilitatis ſymbolum*, fere vt *papauer*, quod ideo Cereri ſacrum fuiſſe, facile inde perſpicitur. Quantum vero video, exem-

exemplum de Sangarii amnis filia, quae decerptis amygdali fructibus, et in ſinu abditis, mater euaſerit, alienum plane videtur. Nam Amygdalus e terra progerminabat, vbi Agdiſtis αἰδοῖα deſecta iacuerant. Hinc illa fructuum amygdali vis prolifica.

v. 385. 386. — — — ἡ δὲ ἰδοῦσα
Ἤϊξ' ἠΰτε μαινὰς ὄρος κατὰ
δάσκιον ὕλης.

Diſplicet eruditiſſimo Ruhnkenio comparatio Cereris a Maenade ſumta, *nam quis*, inquit, *ſana mente praeditus, matrem ad conſpectum filiae, quam periiſſe putabat, exſultantem, Maenadi ſimilem facit?* Quamobrem ipſe pro Μαινὰς reponit κεμμὰς, quod Heſychio redditur ἔλαφος νέος, *hinnulus*. Sed id neceſſe non iudico. Nam in ea comparatione Maenadis, non furor, et omnimoda mentis abalienatio, ſed potius incompoſiti motus, cuiusmodi Maenadum erant, ſpectandi ſunt: quos motus incompoſitos animus inopinato caſu perculſus, vel ob intemperantem laetitiam, vel ob nimiam trepidationem, coercere et comprimere vix et aegre poteſt. Sic certe in vtraque fortuna ſequior ſexus praeſertim feciſſe comperitur. Andromache, de Hectoris viri incolumitate palpitans, Homero Il. X. 460. deſcribitur Μαινάδι ἴση, *lymphatae* ſimilis. Heliodorus Aethiop. Hiſt. extremo L. X. *Et Chariclia e tabernaculo procurre-*

currebat, ac neglecto naturae omni et aetatis pudore, (Βάκχιόν τι καὶ ἐμμανὲς ἐφέρετο) *Bacchico quodam et furenti impetu ferebatur, et ad genua Chariclis prouoluta: O pater, dicebat, non minus mihi, quam qui procrearunt, venerande.* Quid plura? Diana, non criminandi ſtudio, ſed, vt ex contextu patet, blandiloquentiae cauſa, Μαινὰς ſalutatur in hoc pulcherrimo Plutarchi loco, *de aud. Poet.* p. 22. *Timotheo in theatro Dianam canenti* (Μαινάδα, θυάδα, Φοιβάδα, λυσσάδα) *inſanam, furioſam, diuino inſtinctu concitam, rabidam; Cineſias ſtatim concinuit: Talis tibi contingat filia.*

v. 411. Ἀτὰρ λάθρη. Corrige: [15]) *αὐτὰρ ὁ λάθρη.* Proſerpina matri ſe purgans, pomum ſibi traditum ait, h. e. vim ſibi illatam, *λάθρη*, *furtim*, nolenti ac reluctanti, quaſi diceret, *λάθρη ἐμεῦ ἀέκητι*, quod et paulo poſt v. 413. planius exponit. Arnobius eodem L. V. de Proſerpinae raptu: *Ergone,* inquit, *vt promunt ſancta illa atque arcana myſteria, rapiuntur, et rapiunt Dii veſtri? matrimonia copulant, fraudibus appetita furtivis? ab repugnantibus et inuitis decus virginitatis eripitur?*

15) Αὐτὰρ ὁ λάθρη in textu dedi, cum Codex a manu prima offerret: *ἀτὰρ ὁ λάθρη.* Ceterum Arnobii locus hoc tantum, Haden vi Proſerpinam in coniugium duxiſſe, innuere videtur.

v. 424.

v. 424. Παλλάς τ' ἐγρεμάχη. Cum multa ſint in Hymno noſtro, quorum auctoritatem defugit Homerus, tum praeſertim hic, quem in manibus habeo, locus, facit, quominus hymnum poëtarum principi adſcribam. Millies, prope dixerim, in Iliade et Odyſſea occurrit Παλλὰς Ἀθήνη, vel Παλλὰς Ἀθηναίη, numquam tamen, quantum memini, Παλλὰς ſine Ἀθήνη comparet; etſi ſaepe ſaepius Ἀθήνη ſine commilitio Παλλάδος ſe dat conſpiciendam. Id quod explorato mihi eſt [16]) argumento, partus eos (cuiusmodi eſt hic Hymnus) qui Παλλάδα ſolitariam referant, Homero eſſe abiudicandos.

16) De hoc egi in Praefatione, quam vide.

v. 429. περὶ χάρματι. Doctiſſimo Ruhnkenio τὸ περὶ χάρματι mendoſum videtur. Ita prorſus eſt. Lege ſis περὶ [17]) χάσματι. Aequales et ſociae Proſerpinae alio alia per campum digreſſae, in floribus colligendis occupabantur; ipſa vero, ſic ferente fato, illuc perrexerat, vbi ſoli indoles inferne chaſmatibus tumeſcebat. In narciſſum ipſa oculos curioſe coniecerat, quem cum vtraque manu radicitus reuellere eſſet connifa, (ſupra v. 5.) tellus, quae radicum complexu et compage ſpecum infernam occultabat, deſedit; hinc patefacta eſt ianua Ditis. Hanc terrae labem matri filia expoſitura, ſe narrat tunc περὶ χάσματι fuiſſe verſatam. Hinc dicere pergit: γαῖα δ' ἔνερθε χώρησεν.

17) Hoc

17) Hoc ipſum, quod ſequitur, γαῖα δ' ἔνερθε χώρησεν, reſpuit περὶ χάσματι, ſed ſi huic emendationi, quam et nos propoſuimus, diſtinctione ſuccurras, bene vtique χάσματι. v. Not. Quod vero Ignarra, ſpecum iſtam iam prius extitiſſe, quam Pluto penetrauerit ſolum, et radicum complexu et compage occultatam fuiſſe cenſet, nihil ſane maieſtati Plutonis, poetaeque adeo ipſi indignius excogitari potuit.

v. 451. ſſ. Ἀλλὰ ἕκηλον εἱστήκει παγάφυλλον. Rectiſſime, vt mihi videtur, τὸ παγάφυλλον, quod nihili eſt, in πανάφυλλον refictum; ſed τὸ ἕκηλον immutatum in ἀπέτηλον noluiſſem. Non minus apud Latinos quam apud Orientales terra dicitur *quieſcere*, *otiari*, *feriari*, cum neque feritur, neque plantatur: hoc ipſum notat ἕκηλον εἱστήκει q. d. *otium agitabat.* Heſych. ἕκηλος· ἥσυχος. Rharius autem campus, tametſi aratro ſciſſus et bene cultus (ſupra v. 308.) tamen Cereris dolo ſic feriabatur, quaſi eo anno cultura intermiſſa fuiſſet. Eo etiam pertinet τὸ πανάφυλλον, campi bene glabreſcentis indicium.

v. 456. Βρυσέμεν ἀσταχύων, τὰ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δεδέσθαι.

Cl. Ruhnkenius τὸ βρυσέμεν recte emendavit in βρισέμεν, et mox indicato Heſiodi loco Aſp. 289. vnde hymnographus noſter profecerat,

Digitized by Google

cerat, ſic de eo quem in manibus habemus loco, iudicium ſuum profert: „Sed locus ne „ſic quidem perſanatus eſt. Nam neque Ge„nitiuus ἀσταχύων pro Datiuo poſitus mihi „placet, nec ipſa vocis repetitio, (nam pau„lo ante v. 454. rurſus ἀστάχυες comparent) „vt alia taceam.“ Equidem non moueor, quod Hymnographus genitiuum ἀσταχύων cum βρισέμεν copularit, contra ac Homerus, qui Od. T. 112. cum tertio, vel, ſi mauis, ſexto caſu τὸ βρίθειν connectit: namque ille tueri ſe poteſt auctoritate Heſiodi, qui l. c. πέτηλα βριθόμενα σταχύων cecinit, et vbi ſubintelligi praepoſitionem ὑπὸ Guietus monuit; moueor magis, quod vox σταχύων bis in eadem periocha ad nauſeam inculcatur: qua in re neque Heſiodum, neque Homerum Il. Σ. 550 ſeq. (vnde Heſiodus ſua hauſerat) ſecutus ille eſt; nam ex vtroque poeta voculas noſter aucupatus eſt, quas in rem ſuam congereret. Vterque autem poeta, vt legenti patet, ſegetes ob oculos graphice ponunt, vbi hae ad maturitatem peruenerint, vbi demetuntur, atque vbi demum rediguntur in manipulos. Hos imitaturus Hymnographus rem ipſam ſicce ieiuneque expreſſit: itaque, vt exemplar prototypo reſpondeat, ſic Hymni locus interpungendus et legendus mihi videtur:

— — — πέδῳ δ᾽ ἄρα πίονες ὄγμοι
Βρισέμεν, 18) ἀσταχυῶντα δ᾽ ἐν ἐλλεδανοῖσι δεδέσθαι.

ſpicata, (h. e. calamos cum ſpicis; namque olim calamorum manipuli, non excuſſis ſpicis, in horrea comportabantur) *in manipulos colligari.* Vocem ἀσταχυῶντα Hymnographo noſtro debemus, et bona quidem cum gratia; nam etſi in hodiernis Lexicis non comparet, ex analogiae regula rite formatur ex σταχυόω praefixo α epitatico.

18) Locus ne ſic quidem perſanatus. Nam, etiamſi nouatum ἀσταχυῶντα ferendum putes, inconcuſſa, quae his vv. ineſt, manet tautologia, de qua in notis expoſui, quamque Ignarra ſenſiſſe videtur. Sed rationes eius, quibus rem expedire conatur, argutae ſunt magis, quam verae.

v. 477. — Τά γ' οὔπως ἐστὶ παρεξέμεν, οὔτε πυθέσθαι
Οὔτ' ἀχέειν· μέγα γάρ τι θεῶν ἄχος ἰσχάνει αὐδήν.

Mallem διεξέμεν ediſſerere, nam ſequitur πυθέσθαι· ſic vt violati arcani religione teneri oſtendatur, non minus qui res infandas audierit, quam qui prodiderit. Videtur tunc moris fuiſſe, vt, ſi quid impie dictum, aut myſterium ſacrilege proditum intelligeretur, continuo adſtantes, ne in conſortium admiſſi facinoris arceſſerentur, aures manibus obſtruxerint. Iudaei Act. Apoſt. VII. 56. a concione Stephani, quam Deo iniurioſam arbitrabantur, συνέχον τὰ ὦτα αὐτῶν, *continuerunt aures*

Digitized by Google

aures ſuas, immiſſis vtique in aures digitis; vt plenius ea phraſeologia legitur apud Plu. tarch. in Vita Catonis minoris p. 783. ed. Francf. 1620. *ἐπισχόμενος ὁ Κάτων τὰ ὦτα ταῖς χερσὶν — ἐκώλυεν ἀναγίγνωσθαι τὴν μαρτυρίαν*, *obturans Cato manibus aures — prohibuit illud teſtimonium recitari.* Itaque nefas fuiſſe videtur, et arcanum vulgare, et illud audire. Hinc in Hymno noſtro iungitur, Παρεξέμεν et Πυθέσθαι. De qua huius loci acceptione adeo certus ſum, vt, ſi quis τὸ παρεξέμεν non ſollicitandum contendat, ea me conditione obſequentem habuerit, modo τὸ παρεξεῖναι hic eadem notione, ac τὸ διεξεῖναι, donetur. Sequitur: Οὔτ' ἀχέειν, *a luctu abeſſe*, interpretantur; quod mihi non placet; namque, vtut verum eſt, a ſacris Cereris triſtitiam penitus eſſe eliminandam; quid hic *luctus* cum arcano quoquo modo tuendo, commune habet? Quamobrem, ſi quid mihi coniiciendum datur, legerem:

> Οὔτ' 19) ἀχανεῖν· μέγα γάρ τι θεῶν ἄγος
> ἰσχάνει αὐδήν.

neque hiſcere. Hoc ad amplificandam magis magisque arcani cuſtodiam additur, vt inſinuaretur, ſacrilegos fore reputandos non ſolum, qui exſerta voce, ſed illos etiam, qui ore hiante, et quaſi ad loquendum prorumpente, myſteria prodidiſſent. Sequitur enim: θεῶν ἄχος (corrige, Doctiſſimo Valkenario praeeunte, ἄγος) *Deorum reuerentia vocem*

comprimit. Verbum ἀχαίνειν non ignotum Heſychio fuit, qui κολακεύειν etc. reddidit; ſed hic idem ſonare ac *hiſcere*, praepoſito α epitatico, quis dubitauerit.

19) Si quid hic nouandum, audirem ſane corr. οὔτε χανεῖν. Sed vel ſic praefero, quod vulgatur, οὔτ' ἀχέειν, aptius h. l. Neque Valkenarii ἄγος admittendum propter antec. ἀχέειν et partic. τι, quae certum quoddam ἄχος, raptu Proſerpinae, matrem inter ac filiam, exortum reſpicit. Vide not. ad h. v.

'Αγέ-

Ἀγέλαστος πέτρα	p. 144
Ἀγλαόκαρποι ἑταῖραι	119
Αἰδὼς et εἶδος	172
Ἀκύμων de agro ἀργῷ	217
Alcman. fragm. emend.	109
Ἀμαλθύνειν	144
Ἀμενηνὰ φῦλα	196
Ἄναξ de vtroque Deorum ſexu	132
Ἀναφαίνειν de Myſteriis	225
Ἄνθος κουρήϊον	149
Ἄπλητος quo ſenſu?	119
Apollo χρυσάορος	103. 246-48
Ἀρόη primum frugg. conſita	216
Ἀσάφεια μελάγκαρπος	120
Ἄθυρμα, Ludicrum	115
Αὐτὰρ et ἄντ' ἄρ' confuſ.	210
Ἄφθιτα, αἴσιμα εἰδὼς	192
Βάλλειν adſpergendi notione	129
Begerus notatus	183
Boſii ratio reiecta	201
Βραχυλογίας inſigne exemplum	185
Βρίθειν de vbertate	220
Callimachus emend.	114
Catullus imitatur Ariſtoph.	117
— — explic.	162
Ceres ἀλωὰς, ἀλωαία	118
— ἀμαῖα	ibid.
— ἀχαιὰ	126

Ceres κουροτρόφος in gemma p. 175
— ξιφηφόρος 106
— cum haſta in numis 107
— velata 165
— χρυσάορος 106
Cereris etymon 255 ſeq.
Chori ad Callichorum inſtituti 146
Claudianus tentat. 154
Claudiano lectio contra Geſner. adſerta 179
Claudianus emend. 180
Clemens Alex. emend. 168
Cleomedes emend. 167
Colutho lectio vindic. 127
Cumulatae orationis exemplum 153
Δὲ format apodoſin 125
Δεικνῦναι edocere 224
Δηλητήρια φάρμακα 176
Δημήτηρ eius etymon 256
Diana χρυσάορος 106
Δίδεσθαι et δεδέσθαι confuſ. 220
Dii odore ſe produnt 186
— antiquitus armati 105
Δίκταμνον 177
Δοκεῖν actiue 131
Δῶρα Ἀφροδίτης 148
— θεῶν de fato 156
— — alio ſenſu 193
Δώρις de Cerere 151
Ἐθέλειν exquiſitiori ſignific. 127
Εἶδος et αἰδὼς confuſ. 172
Ἕκηλος, ἀργὸς 217
Ἐλπὶς et ἔλπεσθαι 125
Ἐμπί-

'Εμπίπτειν γαίᾳ et εἰς γαῖαν num diuerſo ſignific. p. 190
'Επηλυσίη 176
'Επιβῆναι exquiſitiori notione 171
Etymol. M. tentat. 216
— — emendat. 114
Euripides explic. 186
— — Hymnum imitat. 189
Ferire de fluctibus 129
— de veſte 165
Fragm. H. in Bacch. purgat. 222
Γάνος tragicum v. 212
Γελᾷν exquiſita not. 114
Γέλως μυστηριώδης 168
Γέρας de ſacrificiis 191
Hermeſianax tentat. 225
Heſych. notat. 126
Hyginus emend. 179
Iambe 166
Ἵλαος penult. longa 170
Immortalitatis notio 180
— — conciliandae ratio 178
Induere quo ſenſu poetis 180
Initiatorum ſors felicior 228
Iuno ὁπλόσμια 104
— παρθένια 147
Καλλίχορος 145
— — vnde dictus ibid.
Κάλυξ de roſis 213
Κάλχη et καλχαίνειν 109
Κάρπος de liberis 119
Καταπνέειν, *adſlare*, de Diis 179

Κρείσσονες, Dii p. 157
Κρήδεμνον, de muro ibid.
Κύντερον ἄχος 142
Κώδεια de papauere 113
Λάθρη quo ſenſu 199
Λίην et Φίλη confuſ. 197
Loqui pro *reſonare* 251
Lucae ratio exploſa ibid.
Maenadibus compar. re inopinata perculſi 202
Μέτρον ἥβης 160
Monſtrare, edocere 225
Muſgrav. laudat. 120
Nicander emend. 108
Nonni imitatio notat. 126
Νοσφίζεσθαι τινὰ 143
Νωμᾷν 200
Οἰκία ſaepe omitt. 158
Οἰωνὸς, auis auguralis 128
Ὁμόσπορος, vnigena 139
Ὄνειαρ et ὄνιαρ 184
Ὀπάων et ὀπηδὸς de Diis 216
Ὀργὴ de animi affectibus 171
Ὄρθιον de acuta voce 116
Orpheus emend. 158
— — tentat. 181
— — Heſiod. imit. 143
Ὁσίης ἐπιβῆναι 171
Ὅσσ' et ὡς confuſ. 187
Παίειν de fluctibus 129
Pacuuii locus explic. 130
Parthenius fons 145
— — vnde dictus ibid.

Περᾷν

Περᾶν vendendi notione p. 153
Pindarus tentat. 225
— — explicat. 147
Pluto χρυσήνιος 116
Πολυδαίμων, quo ſenſu 111
Πολυδέγμων, πολυδέκτης de Hade ibid.
Prooemia in Hymnis Homericis 101
Προσαναγκάζειν 210
Proſerpina αὔξω, αὐξήσια 224
— — δέσποινα 198
— — λεύκιππος 201
— — inter floril. rapta 108
Προστάζειν de Diis 179
Reges αἰδοῖοι 173
Rharius ager 216
Schol. Nicandri emend. 166
— Euripid. emend. 120
Scommata in Myſteriis 167
Statius explic. 251
Statio vetus lectio reddita 147
Statius H. imit. 188
Sura nuda 163
Θάνατος enſe armatus 106
Θάλπεσθαι de lauacris 129
Θεαὶ μεγάλαι quae? 110
Τέμνειν φάρμακον 177
Τηρεῖν de aedium cuſtod. 154
Theocritus tentat. 109
Theodectis fr. 230
Therapnae virgineae 148
Τιθέναι ἄλγος, γόον 180
Τιμαὶ de iis, quae propria ſunt Diis 193

Τιμὴ

Τιμὴ de ſacrificiis p. 191
— alio ſignif. 141
Triptolemus aethereus 183
Venus ἔγχειος 105
Veſtis longa Deorum maieſtati congruens 165
Virgil. e Claudiano explic. 149
— explic. 251
Vnigena, ὁμόσπορος 139
Ὕλη ὀρέων 202
Φάρμακα δηλητήρια 176
Φιλέομαι et φίλομαι 150

Corrigenda et Addenda.

v. 409. et 411. verba vncis ſunt eximenda.

p. 106. Hymnus in Mineruam πολυμήτιν Proclum auctorem habet, et emendatior editus eſt in libello: Bibliothek der alten Literat. und Kunſt. faſc. I. p. 47. quem illuſtrauimus in eiusdem Bibliothecae faſc. II.

p. 107. *Ceres cum haſta* occurrit quoque in Muſ. Flor. T. II. tab. 38. n. 4.

p. 165. Hinc Ceres Moſcho IV. 75. εὐέγχυος dicta.

p. 230. Theodectis locum bene reſtituit Wyttenbach V. Cl. ad Plutarch. de S. N. V. p. 86.

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

Digitized by Google